



U. 9. 17. 3







6
Quod Deus felix faustumque esse jubeat.

Dissertationem hanc Inauguralem

De
PIGNORATIONIBUS

**TAM INTER STATUS IMPERII
SOLOS, QUAM INTER STATUM IMPERII,
ET MEDIATUM, SEU INTER SOLOS
MEDIATOS**

*Nobilissimi & Amplissimi Ictorum Ordinis in hac
Illustri Accademia Hasso - Schaumburgica,
Decreto & Autoritate*

*S U B P R A E S I D I O
Nobilissimi, Consultissimi & Excellentissimi Viri*

Dn. Christophori Joachimi

Buchholz / J Cti, Consiliarij Hassiaci Gravissimi,

Codicis Professoris Celeberrimi, Facult. suæ hodie Decani

Domini Patroni ac Promotoris sui atatem colendi

Pro Licentia Summum in Vtroque Jure consequendi

Cradam, & honores Doctores

Placido eruditorum examini submittit

J U L I U S von Rhetem / Brunsvicensis.

Ad diem 15. Septembr. horis ante- & pomeridianis.



RINTELI, Typis Viduæ Lucianæ.

M D C L F I I.

VIRIS

*Magnificis, Nobilissimis, Amplissimis, Consultis-
simis, & Prudentissimis*

Dnn. CONSULIBUS,

Syndicis, Equitum Magistris, Senato-
ribus, Camerariis & Octodecim-Viris, Inclutæ Reipu-
blicæ Hildesienfis Patribus

Gravissimis,

*Dnn. Patronis ac Promotoribus meis magnis omni obser-
vantia eternum colendis*

Pro singulari non ita pridem collato beneficio, debitæ gratitudinis nec
non observantiæ attestandæ ergò

HANC MEAM INAUGURALEM

Officiosissime

Offero, dico, consecro

JULIUS von Rhetem.



I. N. D. N. I. C.

I.



Uanquam Vindicta, quæ propriâ seu privatâ fit autoritate, regulariter & Naturali & Civili Jure fit prohibita : Naturali quidem, quia societati civili, quæ non nisi secundum naturæ ductum coit, conveniens & necessarium est, ut apud solum superiorem resideat jus vindicandi injuste facta, ne imperium fiat Anarchia, vel id ex privatorum conflictu turbetur vel evertatur. Arist. 4. Polit. ult. & 6. Pol. 8. Grot. de I. B. ac P. lib. 2. cap. 20. §. 5. Civili verò, per text. l. extat. 13. ff. quod met. caus. l. ob as. 12. C. de Oblig. & Action. l. si quis in tantam. C. unde vi. l. 14. C. de Indic. & l. 38. §. 8. ff. ad L. Iul. adult. Celeberr. D. Hahn. in observ. ad Wesenb. de Iudiciis n. 15.

II.

Sunt tamen certæ causæ, ob quas vel civilis vel naturalis ratio privatam vindictam, observatis quibusdam requisitis, concedit. Grot. Ibid. §. 8. Etsi enim ea, quæ Juris Naturalis simpliciter sunt, etiam immutabilia sint, ea tamen, quæ decreta & præcepta Juris Naturalis nobis inculcant, regulariter saltem illius Juris sunt, & ob adventum circumstantiæ variationem hanc admittunt, ut extrahatur objectum è numero eorum,

A

rum,

rum, quæ lex comprehendit. vid. Thom. 2. *quest. 57. art. 2.*
 Molin. *de Inst. & Iur. tom. 1. tract. 1. disp. 4.*

III.

Causæ verò istæ, ob quas vindicta & defensio privatâ au-
 toritate facta, est licita, revocari possunt ad sex capita, quorum
 (1.) est,urgens necessitas, vel salutis publicæ, vel vitæ, vel pudici-
 citiæ, vel Rerum. *l. 1. & seq. C. quand. lic. uniuicuique sine judic.*
l. 3. §. ult. & l. 4. & l. 9. ff. ad L. Corn. de sicar. l. 1. C. de desert. Gail.
lib. 2. de P. P. cap. 1. n. 20. l. fin. C. de malef. & mathemat. l. 3. ff. de I.
& I. §. 2. I. ad L. Aquil. l. 4. §. 1. junct. l. 5. in pr. ff. eod. l. un. C. de rapt.
Virgin. (2.) Patria potestas, concurrente delicti magnitudi-
ne, & summâ in familiam injuria. l. 20. l. 21. l. 22. ff. ad L. Iul. de
adult. V. H. S. art. 142. (3.) Maritalis potestas eodem mo-
do: l. 24. in pr. ff. ad L. Iul. de adult. l. 4. C. eod. c. 3. de sent. ex-
comm. (4.) Dominica potestas. t. t. C. de emend. serv. l. 6. §. 3.
ff. de Scto Silan. l. fin. C. an serv. pro suo fact. poss. (5.) Expedi-
 tissima commoditas. (6.) Pactum vel Testamentum con-
 cedens, ut quid privatâ authoritate fieri possit.

IV.

Nos relictis reliquis defensionis & vindictæ privatæ spe-
 ciebus, de Pignoratione agemus, quam commoditas juxta ac-
 equitas introduxit: ubi considerabimus (1.) Etymologiam.
 (2.) Synonima. (3.) Homonimiâ. (4.) Definitionem.
 (5.) Divisionem, in pignorationes, quæ vel inter status Impe-
 rij, vel inter statum Imperij & Mediatum, vel inter solos Me-
 diatos fiunt. (6.) in illa requisita Constitutionis Imperij, &
 Processum tam Mandati seu Partitionis, quam Citationis deli-
 neabimus. (7.) In hac requisita Juris Saxonici & Consuetu-
 dinarij adumbrabimus, & tandem (8.) de iis pignorationibus
 agemus, quæ non ob usurpationem novi Juris, sed vel ob do-
 lum, vel moram pignorati fiunt.

V. Descen-

V.

Descendit autem vocabulum Pignorationis à *pugno*, quia *Etymologia*
 pugnum vel manum injicimus, in personam vel res nostri ad- *gia.*
 versarii, & quidem mobiles. *l. i. ff. de pignor. act. & l. plebs §.*
pignus. ff. de V. S.

VI.

Pignorationes dicuntur etiam *Clarigationes*, & *Repressalia*, *Synonymia*
 propter similitudinem quam cum his habent. *Livius. lib. 8.*
Veliterni, inquit, jussi trans Tiberim habitare, ut ejus, qui cis
Tiberim deprehensus esset, usque ad mille pondo clarigatio
esset: nec priusquam ære persoluto is qui cepisset, extra vincu-
la captum haberet. Calvin. in lex. in vocab. Pignorat. Pratej.
in lex. vocab. Clarigatio. Tiraq. de revoc. donat. versic. suscepit.
n. 147. c. un. de injuriis in. 6. Græcis dicuntur ἐνεχρειασμοί. Nov.
52. Ἀρπαγαὶ & ὀμνηροί. Item Ἀνδροληψία. Gallis droit de marque:
 quod in limitibus hoc jus pignorationis potissimum exercea-
 tur, & eo utantur Reges ad injurias regnicolis suis vel alibi illa-
 tas vindicandas. *Gothofred. plurib. ad Novell. 52. Grotius. de*
J. B. ac P. lib. 3. cap. 2. §. 4. German. eine Pfandung. Wehner.
Pract. observ. d. v.

VII.

Accipitur porrò vox Pignorationis variè. (1.) *pro pigno-*
rum captione, & sic ad omnem Executionem mandato Judicis
 factam applicatur. Unde etiam *Executionis* nomine venit. *l.*
à Div. §. in venditione. ff. de re judic. Chassan. in consuet.
Burg. rubr. 1. §. 7. n. 44. Guid. Pap. decis. 163. n. 1. Joseph. de sese.
de Inhibit. cap. 5. §. 8. n. 4. Sic etiam literæ illæ executoriæ judi-
cis præcepto emanatæ, solent nuncupari Literæ pignoratitiæ.
Id. Ibid. (2.) Pro constitutione Pignoris in re mobili vel immo-
bili, quæ fit ad securitatem creditoris, & quidem vel per con-

ventionem, & consensum partium, vel à jure & LL. tacitè vel expressè, vel etiam per Magistratum, Judicem, vel Prætorem. ff. & C. de pignorib. t. t. (3.) Accipitur *abusive* pro Clarigationibus & Repressaliis. Nov. 52. c. 1. (4.) pro captione, detentione, vel *persona*, vel *rei* alicujus mobilis aut sese moventis, facta propriâ autoritate, vel juris sui tuendi causa, vel etiam damni evitandi gratia. Monach. in pract. Judic. part. 21. Ubi n. 18. magnum cumulum subnectit autorum, qui de hac materia scripserunt. Et hæc acceptio est hujus loci.

VIII.

Definitio.

Definitur autem illa, *privata manus injectio*, quâ capiendò personas, vel res alterius, jura nostra conservamus, & damna repellimus. Atque hæc descriptio ex ipsa Justitia Pignorationis, & ex intentione pignorantis dependet. Quod si injustitiam Pignorationis, intentionem pignorati, & Constitutionem Imperij respicias, Pignoratio erit, possessionis turbatio, quâ immediatè, per se vel per alios, personam, vel rem tertiam & innocentem, ob controversam Jurisdictionem, vel jus aliud, quod pignoratus possidet, & pignorator noviter præterdit & querit, in causa civili capiunt & pignori accipiunt. Gail. de Pignor. obs. l. n. 3. Mind. de proc. extra. lib. 1. c. 42. n. 1.

IX.

Generis loco ponitur *privata manus injectio*, quia pignorator non expectatâ Judicis autoritate vel assistentiâ, vel in personam, vel in res alterius manum injicit, illasque capit & abducit. Reliqua verba differentiæ loco sunt posita, ne cum Arresto & Repressaliis, quæ plerumque privatâ manus injectione expediuntur, confundatur Pignoratio.

X. Dif-

X.

Differunt autem Pignorationes & Repressalia. (1.) Causa: Pignoratio enim oritur ex turbatione ejus rei, vel juris, cujus possessionem vel quasi ad nos pertinere asserimus: Repressalia verò ex capite denegatae justitiae, contra subditos Domini Justitiam nobis denegantis. (2.) *Personis:* Pignorator enim sapissimè nullà pollet Jurisdictione. Qui v. vel proprio nomine vel ad instantiam alterius Repressaliis utitur, Jurisdictione praeditus sit oportet. (3.) *Objecto:* pignorator enim capit vel ipsum turbatorem, vel res ejus, quem se in possessione juris sui turbare putat. Per repressalias autem, detinentur tam res quàm personae, pro rebus & personis aliorum, cujuscunq̃ue sint subjectae Jurisdictioni. (4.) *Fine:* quia pignorans saltem intendit juris & possessionis suae conservationem, & damni restitutionem: Repressaliis verò utimur, ut id, quod nobis deberi putamus, ab alio extorqueamus. Gail. de Pignor. obs. 1. n. 5. Mindan. de process. lib. 1. c. 46. §. 2. n. 5. & c. 49. per. t. Coler. de process. p. 1. c. 2. n. 303. Menoch. de A. I. Q. cas. 527. Matth. Steph. de Jurisd. l. 3. p. 2. c. 9. n. 15. & seq. Et proinde etiam definitione differunt, quia Repressaliae sunt remedium Extraordinarium, quo is, cui aliquo in loco denegata vel protracta Justitia, utitur ita, ut à suo Magistratu impetret, quemvis istius loci civem, vel ejusdem res, quae fortè in hoc loco reperiuntur, retineri, donec sibi isto in loco satisfiat.

Differen-
tia inter
Pignora-
tiones &
Repressa-
lias.

XI.

Porro est magna quidem *similitudo & cognatio Arrestorum & Pignorationum*, ut tradit Gail. c. 2. de Arr. Imper. conveniunt enim (1.) *sine:* utraque enim constitutio promulgata est propter publicam pacem, & tranquillitatem subditorum Imperij. (2.) in utraque requiritur *eadem qualitas personarum &*

Cognatio
Pignora-
tionis &
Arresta-
rum.



rum & fundatio Jurisdictionis. (3.) In utraque editur *Mandatum S. C.* & citatio ad docendam paritionem. (4.) *restitutio pignorum*, & relaxatio Arrestorum cum omni sua causa, & utilitate facienda. *Recess. Imper. de Anno. 1570. §. wann auch die Arresta. Gail. lib. 1. pract. obs. observ. 14. Mindan. de process. lib. 1. c. 15.*

*Differen-
tia eorum-
dem.*

XII.

In multis tamen quoque differunt. (1.) *Ratione processus*, qui in causa mandati super arrestis simplex est & unicus, respiciens solam relaxationem Arresti & remissionem causæ principalis ad Judicem Ordinarium. *Recess. de Anno 1570. wann auch die Arresta: Denais. ad Ius Camer. c. 84. §. 2.* In causa v. Mandati super constitutione Pignorationis processus duplex est, de quo vid. infra. th. 65. (2.) *Cautione*: nam in impetratione Mandati super relaxatione Arresti requiritur oblatio cautionis de se sistendo, & judicato solvendo. *Recess. de Anno 94. §. bey den Arresten / & §. dergleichen sollen.* In restitutione ex causa pignorationis facienda, ejusmodi cautiones non sunt necessariae. *Recess. de Anno 1600. §. Es ist auch. Denais. ad Ius Camer. c. 71. §. 3.* An tamen per hypothecam omnium bonorum idoneè caveatur, judicantis arbitrio relinquitur. *Recess. de Anno 1600. §. So ist auch. Denais. c. 71. §. 4. & c. 84. §. 8. Plurib. Gail. de Arr. c. 2. n. 4. & seqq. Mindan. lib. 1. c. 42. n. 1.* (3.) *Obje-cto*: in decernendo Mandato super Arrestis non consideratur, an res tertia sit vel innocens, i. e. quæ cum jure principali nihil commune habet, ut expressè habetur *in fin. constit. editæ Anno 1594. in verb. ob gleich res innocentes & tertia bisweilen in Arrest kommen mögen.* In Pignorationib. verò omninò est ratio habenda rei pignoratæ, ut vid. res tertia & innocens sit pignorata. *Mindan. de process. c. 36.*

XIII. Dif-

XIII.

Differt etiam à *Spolio*, hoc enim majoris est iniquitatis & violentiæ, & pertinet ad Interdict. recuper. poss. & pro rebus immobilibus datur, de quibus quis dejectus est. *Marant. specul. aur. p. 4. dist. 7. n. 29. Gail. obs. 1. n. 7. & 8. Mindan. d. lib. 1. c. 46. §. 3. n. 7. & 8. Rutger. Ruland. de commiss. p. 4. lib. 7. c. 2. n. 2.* nam de rebus mobilibus non deijcitur, sed ista nobis eripi dicuntur. *l. 1. §. 3. & §. 6. de vi & vi arm.* Pignoratio autem ad Interdict. retin. poss. pertinet, & fit in rebus mobilibus. *Gail. de Pignorat. obs. 1. n. 7. & seq. Mindan. l. 1. c. 46. n. 7. & seqq.* Quomodo porro differat à *Sequestratione*, item à *Retentione*, de his videantur supra allegati DD. cum primis *Cludius. de Iur. Sequest. c. 2. n. 28. & mult. seqq.*

*Differen-
tia à Spolio*

XIV.

Dividitur Pignoratio dupliciter. (1.) in eam, quæ intercedit inter personas immediate Imperio subjectas, & (2.) quæ intercedit inter statum Imperij & privatum, seu inter merè privatos.

Divisio

XV.

Illam alij *Publicam*, hanc *Privatam* dicunt. Verùm cum unus status Imperij, in alium statum non habeat imperium *l. 4. ff. de recept. arbit. l. 13. §. 4. ff. ad S. Trebell. & ubique Gl. Mandos. de Inhibit. quest. 4. n. 3. Vinc. de Franch. decis. 274. Gail. de Arrest. c. 4. n. 3.* etiam si alteruter dignitatis & facultatis prærogativa excellat, quia plus & minus non differunt specie. *Gail. d. l. n. 4.* nec pignoratio præviâ citatione, causæ cognitione & sententiâ expediatur, sed de facto fiat: ideò pignoratio illa publica dici nequit, nisi abusive, quia sc. à persona publica facta sit, & proinde nostra definitio firmo stat talo.

XVI. In

XVI.

In ea, quæ intercedit inter Status Imperij, Constitutio Imperij de Pignorationibus habet locum, cujus requisita examinabimus.

II. Membrum de pignoratione, quæ facta est inter Status Imperij.

XVII.

I. *Requisitum est: ut & pignorator & pignoratus sint immediatè Imperio subjecti.*

Ejus 1. Requisitum. Quinam dicantur Status Imperij, seu Immediati.

XVIII.

Sunt autem *Status Immediati* omnes Electores & Principes tam Ecclesiastici quàm Seculares, Prælati, Comites, Barones, Nobiles Franconia & Suevia, die freye Reichs Ritterschafft in Francken und Schwaben / uti & libera Imperii Civitates, superiorem præter Imperatorem & Sacrum Romanum Imperium non recognoscentes, à quorum Dicasteriis Provincialib. seu Judiciis vel semper, vel si summa de non appellando ipsis respectivè concessio privilegio major sit, & illud excedat, ad summum Imperij tribunal provocari potest; quique ipsi respectivè coràm Judicib. ordinationis der Austräge / & Judicio Camerae tam in causis civilibus & Jurisdictionem Imperij immediatè pertinentibus, perque singulares ordinationes non exceptis, quàm in causæ fractæ pacis publicæ Religiosæ, & profanæ conveniri queunt. O. C. part. 2. tit. 27. Gail. lib. 1. de P. P. cap. 11. n. 5. Myns. cent. 5. observ. 58. Matth. Steph. de Jurisd. lib. 2. p. 1. c. 3. n. 13. & seqq.

XIX.

An etiam Elector: & Principes à quib. non potest appellari hic intelligantur.

Verùm dubitari & quæri potest, de Serenissimâ Electorum & Ducum Saxoniae Domo, Electorib. Brandenburgicis, Archiducibus Austriae, Burgundiae & Lotharingiae Ducibus; utrum & hi ipsi in Camera Spirensi, vi constitutionis istius de Pignorationib. conveniri queant; quod hi à judicio Camerae quoad

quoad Appellationem , & in aliis quibusdam (prout constat ex multis DD. de quibus imprimis videri potest Knichen. *de Saxon. non provoc. jure. vocab. Jus. cap. 2. n. 29.* Petr. Heig. *p. 1. quest. 4. n. 31. & 32.* Nolden. *de stat. Nobil. c. 2. n. 140.* Mindan. *de Privil. Stat. Imp. Dan. Otto. de Jur. Publ. c. 23.* Gail. *de P. P. lib. 1. c. 11. n. 6.*) per Privilegium & transactionem exempti sint? Et R. quod non: (1.) ob naturam privilegiorum, quia exemptiones & Privilegia utpote contra jus commune introducta, *arg. l. jus 16. ff. de LL.* sunt odiosa, ac proinde etiam strictissimi juris, nec producenda ad consequentiam, *arg. l. 14. ff. eod. l. 141. ff. de R. I.* aut extra suam causam extendenda. Bidenbach. *quest. Nobil. 19. n. 2.* Köppen. *decis. 61. n. 11.* Nolden. *de stat. nobil. cap. 14. n. 31.* (2.) ob salutis & quietis publicæ communem causam, quia ob hujusmodi pignorationem Principes & ordines Imperij sæpissimè ad arma veniunt, & collectis hominibus pacem publicam violare solent. *O. C. part: 2. tit. 22. prin. ibi.* Daß einer den andern Pfändet gemeiniglich alle thätliche Handlungen / Empörungen und Auftrubren im Reich entstehen und erfolgen.

X X.

Et hæc præcedentia, quod nimir. uterque tam pignora- tor quam pignoratus debeat esse necessariò immediatus Roman. Imperij subditus, usque adeò vera sunt, ut etiam si quis *mediatus* habeat Privilegium, quod nullibi, præterquam in Camera Imperiali Spirensi conveniri possit, tamen ob id minimè gaudeat Constitutione Pignorationum, neque activè neque passivè. *Aut. Decis. Cameral. verb. Pignorationes, requisit. 1. fol. 261.* eò quod hæc Constitutio præcisè requirat immediatos, per dictam *Ordin. Cam. tit. 22. p. 2.* & deficiente hac qualitate personarum, deficiat Jurisdictio Cameræ, *l. 4. §. 6. damn. inf.*

An & exempti à Statuum Imperij Jurisdictione.

B

Gail.

Gail. 1. obs. 8. n. 2. & de Pignor. obs. 1. n. 1. & 2. obs. 3. n. 5. obs. 5. n. 3.
 Et ita 19. Octobr. Anno 1591. Mandatum fuisse cassatum in
 causa Berlichingen / cont. den Abt zum Schönenthal (qui sub-
 ditus Moguntini ex privilegio Casariis nullibi quam in Came-
 ra conveniri poterat) refert Rutger. Ruland. in tract. de Com-
 miss. p. 4. lib. 7. cap. 2. n. 4.

X X I.

Quid si im-
 mediatu
 ratione bo-
 norum
 mediato-
 num pigno-
 retur?

Verum Major est controversia, si immediate Imperio
 subjectus, bona in alterius territorio possideat, (utpote ca-
 strum cum territorio suo in alterius provincia situm,) si jam in
 hisce bonis mediatis pignoratio fiat. Q. An Pignoratus in Ca-
 mera agere, & Mandata super Constitut. de Pignorationib. im-
 petrare possit? Arduam hanc quaestionem aliquando Imperij
 Deputatis propositam, & in utramque partem fuisse disputa-
 tam, longo ordine cum argumentis pro Affirmativ. & Nega-
 tiva facientibus adducit Thomas Maul. tra. de Pignor. tit. 3. re-
 quis. 1. & concludit tandem Ordines Deputatos Imperij de
 intricata hac quaestione convenire non potuisse, & sic denuo
 eandem ad Comitiam remissam. Maul. ibid. Affirmativam cum
 distinctione tuetur Mindan. de proc. lib. 1. c. 34. n. 12. Cum pri-
 mis hac quaestio graviter disputata est in causa Ortenburg /
 contr. Bayern / de qua vid. Autor. decis. Cam. requis. 1. fol. 760.
 Gylm. lib. 1. dec. Cam. Gail. de Arr. tot. cap. 6. Verum quicquid
 sit, cum hac quaestio in Constitutionibus Imperij expressè de-
 cisa non sit, atque inter nova dubia rejecta in Recess. Deput. An-
 no 1600. §. Es haben uns unser. Aut. dec. Cam. verb. status Im-
 perii. Reink. lib. 1. cl. 5. c. 10. n. 35. Thom. Mich. de Jurisd. conc. 58.
 Viet. de exem. Imp. con. 30. hanc litem non faciamus nostram,
 cum Imperij egeat decisione.

XXII. De-



XXII.

Deinde ut Constitutio hæc personarum intuitu facta, ita & actio quæ inde oritur, ex singulari hoc privilegio æstimanda, & pignorator, ut reus utique in Camera coràm Judice suo conveniendus, maxime quoad punctum partitionis: de puncto autem Citationis etsi dubitetur, & merita causæ coràm Ordinario bonorum iudice tractanda esse videantur; cum tamen Constitutio speciale nihil expresserit, & pignorator sese jus pignorandi habuisse & adhuc habere, adusque pignoratitios à se exercitos, & possessionem suam deducere debeat, hoc merito in Camera fiet. Myns. 1. obs. 12. pr. Mind. d. c. 34. n. 21. Thom. Mich. de Jurisd. conc. 58. Ziegl. §. Landsassii. in limit. n. 29. Viet. de exempt. Imp. conc. 30. Denique accedit observantia Imperij, & præjudicia Cameræ, quæ clarè demonstrant, non attentà qualitate bonorum, sed solà immedietate personarum constitutionem satis esse fundatam. (1.) in causa der Marschalck von Pappenheim / cont. Sigger / des Riedemeyers Verstrickung belangend. (2.) in caus. Bernaw cont. Herrn H. G. von Baumgarten. (3.) Jörgund Michel von der Hoya / Gebrüdere / cont. Herzog von Gûlich & consorten (4.) in causa Rodenhäusen cont. Waldeckische Vormundere. Meichsn. tom. 1. decis. 32. n. 1. Aut. decis. Cam. verb. pignoratio. req. 1. f. 260. & verb. Exceptiones fol. 120.

XXIII.

Hæc autem qualitas, quod utraq; videl. pars immediatè subsit Imperio, necessariò in Supplicatione narranda & alleganda est: adeò ut sæpiùs disputatum in Camera, in primis Anno 1586. in caus. Comitiss ab Hohenloe, cont. Marchionem Brandeb. an necessarium sit, ut supplicans Immedietatem in specie narrare, & si notoria sit allegare debeat. Dicentibus quibus-

dam, necessarium id esse, cum sit qualitas fundans Jurisdictionem Camerae, eaque omisa processus denegandos: nec distinguere Constitutionem, an notorium hoc sit vel non. Notorietas enim licet relevet ab onere probandi, non tamen eam ab allegando relevare. Et ita Dominos in Senatu inter se consensisse, eamque opinionem communiter in Camera observari. Afferentibus aliis diversa hoc in casu praedicta. Aliis contra affirmantibus sese haec nunquam observasse, *Es werden die Partheyen nur damit auffgehalten / sed sufficere, si notorie constet partes Imperio immediatè subjectas, & Jurisdictionem fundatam esse: Dominos etiam, concurrentibus reliquis qualitatibus, processus decrevisse.* Gylm. *Symph. tom. 1. p. l. t. 4. f. 316. & f. 355. Mindan. d. c. 34. n. 3.*

An immediatus ratione pignoratiorum subditorum pro suo interesse agere possit?

X X I V.

Non tantum autem suo nomine, sed etiam pro suo interesse, non verò ratione interesse privati, processus in Camera obtineri possunt. Licet enim semper interesse videatur, Vasallos, cives, & subditos habere locupletes propter servitia praestanda, & fructus Jurisdictionis, vectigalia, tributa, aliaque munera publica. 1. *F. 21. & 2. Feud. 26. & 28. junct. l. 18. cum seqq. de oper. libert. Myns. 4. obs. 91. Nov. 8. praefat. §. 1. l. 1. §. 20. de question. l. 1. §. 3. l. 14. de munerib. & honor. Gail. 2. obs. 52. & 53. bona tamen illa privata sunt. Göden. conf. 30. n. 4. & 5. & status ratione secundarij istius interesse sine mandato expresso agere non poterunt. c. *authoritate. de privileg. in. 6. Gail. 1. obs. 125. n. 1. & de Arrest. c. s. n. 3. & 4. Ideò rectè in Camera processus denegantur.* Gail. *de Pignorat. obs. 6. n. 13. & 14. Mindan. d. c. 34. n. 20.**

X X V.

Quando verò praeter damnum pignorati privatum, simul etiam Statui pro suo subdito, Seniori pro Vasallo, Proprietario

tario pro Usufructuario, vel Civitati Imperiali, pro suo cive præjudicaretur, & sic eorum simul interesset Pignorationem in territorio cujusque non esse factam, tunc Dominus supplicare & processus ex Constitutione obtinere potest; quia Vassallus, Civis, subditus, &c. non offenditur principaliter. *arg. c. cum super. 17. de re judic. arg. l. sepè, 63. ff. eod.* Sed ipse Dominus, senior, &c. per talem pignorationem turbari, injuria affici, *arg. §. servus. ibique Schneidvv. & comm. D D. Inst. de injur. litem. 15. §. si quis. 35. & §. item. 48. ff. eod.* & in effectu pignori videtur. *arg. l. 1. §. quod servus. ff. de vi & vi arm. Bart. in l. fin. ibique Apostill. lit. C. ff. de injur. Innocent. in c. dilecti. extr. de Appellat,* Imò & ipse Vassallus, subditus, &c. propter suum interesse unà cum domino tali casu in Camera rectè agit, propter continentiam causæ, seu vinculum connexitatis causarum, quo efficitur, ut incapax gaudeat beneficio capacis, & subditus ex persona Domini consequatur, quod ex sua obtinere haud potest. *arg. c. per tuas. 9. de arbitr. c. auctoritate. 7. vers. licet. de concess. præbend in. 6. l. 3. ff. quæ res pignor. arg. l. 9. ibique Iason. n. 50. & seq. C. de collat. Uti & aliàs privilegium minoris quoad restitutionem prodest interdum ejus consorti majori. l. 10. in pr. ff. quemad. serv. ar. itt. ibique Bart. & Bald. in l. un. n. 3. C. si in commun. ead. caus. & c. & socius incapax, jure societatis commodum legati per socium capacem percipit. l. 29. ff. de liberat. leg. Schurff. cent. 3. cons. 94. n. 4. in fin. & n. 5. Gail. de Pignor. obs 6. n. 1. 2. & 12. & lib. 1. obs. 125. Mindan. lib. 1. de proc. extr. cap. 34. §. 7. n. 19. & 20. Oth. Meland. part. 2. process. Camer. concl. 15. & seqq. p. 348.*

X X V I.

Quia verò Collegia, sive Capitula Majorum, sive Cathedralium Ecclesiarum, Erzbund Bischöfliche Dombstifter / in Ger-

B 3,

Quid de Collegiis Cathedralibus videntur Episcopo.



mania multa ubique possident bona temporalia, Dominia, & castra cum suis pertinentiis & omnimodâ Jurisdictione temporali, mit aller weltlicher Obrigkeit / oder Weltligkeit / non immeritò dubitari, & hoc loco quæri solet: utrum & hæc capitula propter pignorationem activam vel passivam in Camera immediatè, & statim in prima instantia vi Constitut. de Pignorationib. conveniri & agere queant? Ubi distinguendum, inter Collegia Canoniorum *libera*, quæ ex singulari privilegio immediatè Cæsari & Imperio in temporalibus sunt subiecta die *freye Keyserliche Stifftseyn* / uti Collegium Canoniorum Bruxellæ, in Praurheim / Item Burschet propè Aquisgranum, & collegium in Arnueu propè Saarbrücken & inter ea, *quæ talia non sunt*. Quoad illa Constitut. Pignorat. omninò habet locum, & propter pignorationem factam tam activè quam passivè in Camera, conveniri & agere possunt, eò quod sint immediata, & quoad temporalia, præter Imperatorem, nullum recognoscant superiorem. O. C. tit. 22. p. 2. Hinc Pignorationis processus decreti, *in causa Collegii Burschet / cont. Aquisgranenses, & in caus. Decani & Capituli Arnueu / contr. Comitem Johann à Nassau. Anno 68. in Ian. Gail. 1. obs. 30. n. 9. & de Pignor. obs. 7. n. 6. Oth. Meland. p. 2. Proces. Cam. concl. 9. p. 347.*

X X V I I.

Quoad hæc videndum, *utrum* Capitulum quædam dominia vel feuda immediatè ab Imperio dependentia, nec alieno territorio subiecta habeat, & recognoscat, *an verò non*. Priori casu itidem, sive alium immediatum novi juris acquirendi gratia pignorat, sive ab alio pignoratur, agere & conveniri potest in Camera, & hujus Jurisdictio utroque casu tam activè quam passivè fundatur; eò quod ratione istius dominij, vel
feudi

feudi immediatè subijciatur Capitulum Jurisdictioni Imperatoris, & non tam personæ, quàm res ipsæ in iudicium trahantur. *arg. c. nimis, 30. de jure jur. l. sed & 4. §. 5. ff. fin. reg. Covarr. pract. quest. c. 35. cum seq. Oth. Meland. p. 2. process. Cam. conc. 6. p. 346. Posteriori vero casu Constitutio Pignorationis non habet locum, cum ratione illorum Feudorum Capitulum sit alterius status Jurisdictioni subiectum. Quemadmod. Cæsarea Majestas talia feuda etiam in Ducatu Brunsvicensi, aliisque in locis per Vasallos possidet. Quod si tamen Cæsarea Majestas vel sola, vel cum Capitulo ex hac Constitutione ageret, processus decernendi essent. ut *th. 25. diximus.**

V X V I I I.

Porro considerandum, num pignoratio fiat *sede Episcopali vacante, an verò non.* Illo casu cum omnis Jurisdictio & Jus administrandi devolvatur ad Capitulum *c. cum olim. 14. de Majorit. & obed. c. un. eod. in. 6. c. ad abolendum. 9. in pr. ibi: vel Clerici ipsi sede vacante, de heret. merito & propter Jus representationis super Constitut. pignorat. agere & conveniri, imò iudicium coeptum tam activè, quàm passivè pro relaxatione captivorum & pignorum cum novo electo Prælato, modò factum Capituli ratum habeat, continuari poterit, quia rati habitio retrahitur, & in hac materia mandato æqui paratur *Recess. Ratisb. de Anno 94. §. wann sich auch. arg. l. 1. §. 14. ff. de vi & vi arm. arg. l. 152. §. 2. ff. de R. I. Gail. obs. 7. n. 5. Mindan. lib. 1. c. 34. §. 10. n. 23. Otho. Meland. d. tr. cond. 7. p. 346. Hoc verò casu videndum, an Capituli bona sint cum Episcopo communia, & is simul habeat eorum administrationem; an verò sint discreta, Capitulumque plenam in iis habeat administrationem. Priori casu, & Episcopus solus, *arg. c. edoceri 21. in fin. de rescript. & una cum eo etiam Capitulum propter pignorationem in***

Vel sede vacante.

Came-

Camera in prima instantia statim agere potest, per rationes *th.* 25. adductas. *Gail. d. obs. 7. n. 8. Posteriori*, si fiat pignoratio, iudex ordinarius & competens adiri debet, quia capitulum hoc casu non est status Imperij, nec subest immediatè Imperio, sed suo Archiepiscopo vel Episcopo, vel etiam Laico, si res in eius territorio sita sit, propter quam pignoratio facta dicitur. *arg. c. caterum. 5. de Iudic. arg. c. ex transmissa. 6. c. verum. 7. & t. 1. de for. compet. arg. c. un. §. verum. de Statu. Regul. arg. l. fin. C. ubi in rem act.* *Gail. de Pign. d. obs. 7. n. 2. & 8. & lib. 1. obs. 37. n. 3. & seqq. Mynsin. cent. 1. obs. 22. n. 2. & 5. Maul. de Pignor. tit. 3. requis. 1.*

X X I X.

Sunt præterea aliæ quæstiones. An videl. *Vasallus & V usufructuarius* super Constit. Pignorat. agere possint? An item *Civitas Imperial.* pro suo interesse *pro cive* suo supplicare, & agere possit, contra personam immediatè Imperio subiectam super Constit. Pignorationis? Quas quidem quæstiones digito *th.* 25. saltem attigisse sufficiat. *videat de his cui volupe est, Maul d. tr. de Pign. tit. 3. req. 1. Gail. de Pign. obs. 6.* Sed Q. An *locator pro Conductore* possit ex capite pignorationis agere, casu tali: Si immediatus jus pascendi, vel aliud simile nimis fortè remotum locaverit suis vicinis, & hi in jure illo pignorentur, cum non sint subditi pignorantium? Hæc quæstio cum aliquando in Cam. incideret, nec narraretur, cuiam facienda esset restitutio, denegati sunt processus, *in causa, der Stadt Wilm cont. Rechberg, 10. Nov. Anno 1590.* Domini tamen putaverunt, si sibi restitutionem fieri peterent; cum conductores nomine eorum possideant, & sic Ulmenses teneantur illis ad interesse, ipsique turbentur, facile decerni posse Mandatum. *Aut. decis. Cam. verb. mandat. Pignorat. vers. quando supplicantes. f.*

213. Schvvan. *obs. pract. Camer. lib. 1. c. 76.* Et quidem merito per rationes th. 25. allat.

X X X.

Quanquam autem uti dictum, immedietas personarum ad fundandam Jurisdictionem Camerae requiritur, non tamen perinde immedietas ratione facti requiritur. Ideo non tantum ipsi Status Imperii, sed etiam alii ipsorum nomine, puta Praefecti, Officiales, Familia, vel Procuratores bonorum, vulgo die *Vögte/Bröger und Förster* pignorare possunt.

X X X I.

I I. *Requisitum* tamen est, ut narret pignoratus, quod ^{2. Requisi-} pignorans vel ipse, vel alius ipsius jussu, vel cum ipsius consen- ^{tum.} su pignus acceperit. *O. C. tit. 22. p. 2. ibi.* durch sich selbst oder die seinen / & ibi: da eines Herrn oder Obrigkeit Diener oder Befehlshalber einen pfandet. *Recess. Ratisb. de Anno 94.* Mindan. *d. lib. 1. c. 34. n. 11. in fin.* Matth. Steph. *lib. 2. de Jurisd. p. 1. c. 3. n. 129. & 136.* quia quod quis per alium facit, per se ipsum fecisse intelligitur. *l. 152. §. 1. de R. I. l. 180. eod. c. qui facit. 72. ibique Peck. de R. I. in. 6.* Gail. *de Pignor. Obs. 5. n. 1.* qui enim mandat hominem occidi, pro homicida tenetur. *l. 15. §. 1. ad L. Corn. de Sic. l. 11. l. 17. §. 7. de injue.* & de jecisse videtur, qui mandavit vel jussit, ut aliquid deiceretur: parvi enim referri visum est, suis manibus quis deiciat, an per alium. *l. 1. §. de recess. in fin. ff. de vie & vi arm. l. 152. ff. §. 1. ff. de R. I. arg. l. si pater. 12. ff. que in fraud. cred.* Menoch. *de A. I. Q. cas. 353. n. 3.* Ita turbasse alium & in jure suo pignorasse ille dicitur, qui jussit vel mandavit ut aliquis pignoretur, & parvi refert, an Dominus suis manibus, an per Praefectum vel alium ob controversum aliquod jus personam vel rem aliam ceperit vel abduxerit.

XXXII.

Omniñò autem necessum est, ut id (1.) fiat cum *consensu* Domini: qui colligi potest, *partim ex mandato; vel expresso*, quando familiae suae Titium pignorare expressis verbis mandat. Matth. Steph. *de Iurisd. p. 1. c. 3. n. 136. vel tacito*, quando est praesens, cum servus vel familia ipsius pignorat, nec pignorationem inhibet, tunc namque tacite mandare creditur & talis patientia & scientia pro mandato in Jure habetur. Innocent. *in c. ex parte Decani. 33. de rescript.* Mozz. *de Mand. c. de divis. mand. n. 71.* Partim verò ex *ratihabitione* superveni-
enti, si nimirum factam à familia pignorationem ratam habeat. Matth. Steph. *lib. 2. de Iurisd. p. 1. c. 3. n. 136.* eò quod *ratihabitione* retrahatur, & mandato æquiparetur. *c. quoties. 2. X. de pact. c. cum nos. 3. X. de his qua sunt à Prælati.* Gail. *lib. 1. obs. 47. in fin.* Tusch. *lit. R. concl. 21.* Alex. Trentacinq. *var. resolut. lib. 2. tit. de Procur. resol. 9. n. 1. cum seqq. ubi multipliciter intelligit & limitat.* (2.) Ut in rem & contemplatione domini ipsius pignoratio fiat; hæc duo enim, Mandatum, & contemplatio domini invicem & conjunctim, in hac Pignorationis materia requiruntur, unde si privatâ quadam cupiditate & vindicta in rem suam tertius pignoret, pignorans ipse ob violentiam suam coram Judicè competente conveniendus, propter defectum principalis requisiti Constitutionis, quod est, ut utraque pars Imperio immediatè subjecta sit: nec gravari debet dominus, qui non jussit. *arg. l. 1. §. 13. & 15. ff. de vi & vi arm.* Gail. *d. obs. 5. n. 2. & 3.* Mindan. *l. 1. c. 34. n. 5. & 6.*

XXXIII.

An verò Mandatum vel Ratihabitione Domini in supplicatione disertis verbis exprimenda sit, An simpliciter narrare sufficiat Dominum per suos officiales vel familiares pignorasse, de eo

de eo aliquando dubitatum est. Nonnulli posterius hoc ad obtinendos processus sufficere existimarunt, etiamsi non adiiciatur, jussu vel ratihabitione domini id factum fuisse. Inter quos cum primis est Gail. *d. obs. s. n. 9. & Mind. d. c. 34. n. II. & seqq.* quorum rationes ibi possunt videri. Verum in Camera illud obtinet, ut supplicans claris & expressis verbis exprimere, nec dubitanter sed assertivè narrare debeat, pignorationem jubente vel ratum habente Domino & superiore factam esse, alias processus denegantur hoc modo: *In caus. Conrads von H. cont. den Herrn L. F. zu T. & consortes: wofern Supplicant in specie vermelden wird / ob die Obrigkeit angezogene Pfandung befohlen / oder ratificirt habe / soll geschehen was recht ist. in Consil. 7. Nov. Anno 81. Idem pronunciatum in caus. Schaden cont. die Abtissin zu Buchaw. Ubi etiam hoc simul additum fuit, semper in talibus supplicationibus in specie addenda esse nomina Officialium, qui pignorationem fecerunt. Prædictum requisitum requisiverunt etiam Domini in caus. Bischoff zu Wormbs. cont. Pfalz & aliis, referente Gylm. *Symph. tom. 1. p. 1. tit. 4. fol. 332. Schvvan. obs. pract. Cam. 98.* Huc pertinet: Si immediatus aliquis per Præfectum suum pignorationem fecerit, poteritis, cui pignus ablatum est, vel utrumque simul, vel immediatum solum, non autem Præfectum solum, super hac Constitutione convenire. *Ita contra Præfectum solum denegati Processus, in causa. J. Graffen zu Falckenstein. cont. Pfalzgraffen & J. Beltin von Schönberg. 16. Sept. Anno 51. Ant. decis. Cam. fol. 260.* Quando verò postea dominus reproductis processibus se mandasse & ratificasse negat, pignorato incumbit probatio, eique injungitur, ut doceat præfectum vel alium superioris voluntate & jussu pignorasse, eo que non probante mandatum tanquam ex falsis narratis impetratum cassatur,*

& supplicans condemnatur in expensas. Gail. de Pign. obs. 5. n. 13. & 14. Quod ipsum multis præjudiciis & validis rationib. confirmat, Gylm. Symph. t. 1. p. 1. t. 4. fol. 359.

X X X I V.

Quod si Dominus emisso mandato restituendæ rei facultatem habet, & non restituit, tum mandasse præsumitur, nec aliâ probatione opus est. Quod pro axioma traditum, in Recess. Deput. Wormat. Anno 1586. & Const. Ratisbon. 1594. Verba hæc sunt. Wann sich auch in Pfandungs Sachen zutragen soll/das eines Herrn oder Obrigkeit Diener oder Befehlhaber einen pfändet/und von den Partheyen nach erlangtem Mandat de consensu vel ratihabitione domini spitzig und scharff / zu Aufzug der partition, disputirt würde / damit disfalß auch aller gefährlicher Aufzug verhütet / solles hinfüro damit also gehalten werden / wofern der Herr oder Obrigkeit in solchem fall / nach ausgegangenem Mandat, rei restituenda facultatem und Gelegenheit hätte / und die restitution nicht erfolgen wolte / das durch solche restitutionis Verweigerung / die ratihabitione, nach eingeführtem üblichen Stylo gnugsamlich bescheinete seyn soll.

X X X V.

III. Requisitum.

Quid rerum nomine intelligatur.

Tertium Requisiteum, versatur circa res pignoras. Rerum autem nomine non solum hic intelliguntur Res mobiles inanimatae, puta instrumentum, ligna, currus, pileus, casses, securis, insignia, suspensa hædera, Wapen / Wein / oder Bierfrank; sed etiam animata, & quidem tam irrationales veluti jumenta, grex, equus, boves, quam Rationales, puta, cives, incolæ, subditi, pignorato vel ratione Jurisdictionis, vel ratione officii, vel ratione familiæ subjecti. Arg. rubri. tit. Von Pfandung und Gefangenen / & In nigro, ibi: Das einer den andern pfändet / ihn oder die seinen fähret, O. C. p. 2. Recess. Ratisb. de An-



no 94. non verò pignori subiecti. Requirit enim constitutio subditos alterius captos esse. *O.C.tit.22. Actoris sc. non Rei. Gail. de Pign. obs. 15. n. 10. Mind. c. 36. n. 2.* Appellatione *Rerum* etiam veniunt h. l. res commodatæ, locatæ, depositæ, & similes aliæ, in quibus quis usumfructum, vel quod aliud jus habet, ita ut intersit ejus non pignori eas, nec requiritur ut sint in bonis, sed sufficit eas esse ex bonis ejus. *arg. l. 7. §. 22. ff. de vi bonor. rapt. l. 1. §. 33. ff. de vi arm. Gail. de Pign. obs. 4. n. 4.*

X X X V I.

Si adsit periculum rem pignori captam deterio- rem red- di, aut animalia fame, vel alio modo confici; item si forsan pi- goratus repignoratâ, utpote bobus, equis, vaccis carere non possit, & sic à pignore justo pretio redimat, nihilominus res illæ in considerationem veniunt, quanquam ad solius pre- tii restitutionem agatur. *Recess. Imp. de Anno 1566. §. Da auch die Pfand. Myns. 3. ob. 19. & 21. Gail. de Pign. obs. 11. Mind. c. 36. n. 17.*

Vtrum pretium succedat loco Rei.

X X X V I I.

Quibus sic præmissis, inquirendum jam, qualis res esse debeat, quæ pignori capi non possit, & si capta sit, ante omnia restitui debeat. Et sciendum, requiri ut circa Jura quæ pigno- rans affectat sit *Restertia. h. e. res innocens, res alia non liti- giola, die da nicht streitig ist. §. die Mandata. ibi: da res tertia die nicht streitig ist. & c. Recess. Ratisb. de Anno 94. Gail. de Pign. obs. 3. n. 8. Denais. c. 183. §. 16.*

X X X V I I I.

Quæ jam *Restertia* & innocens propriè sit, haud levis est dijudicationis. *Gylm. in symph. p. 1. tit. 4. f. 373. ita ait. Majori- bus Dominorum Cameralium votis in hanc sententiam itum esse: Rem tertiam eam esse, qua citra controversiam, & ex ipsi- usmet*

que sit Res tertia.



usmet pignorantis confessione, alterius sit, nec in eare jus contro-
 versum; vel ejusdem fructus vel usus consistat, ut possessione suâ
 se uti pignorans possit dicere. Iisdem ferè verbis exprimitur ab
Auth. Decis. Camer. f. 262. Clock. tom. 1. conf. s. n. 31. & 32. Maul-
tract. de Pigno. tit. 6. qui multis id exemplis illustrat. Gail. de
Pign. obs. 3. Roding. de Iurisd. Cam. t. 9. n. 19. Schyvan. obs.
pract. Cam. 62. n. 1.

XXXIX.

Multæ verò ex hoc requisito proveniunt quæstiones,
 quæ maximâ ex parte decisæ reperiuntur apud DD. sufficiat
 nobis tantum unam atque alteram, quod res tertia non in jure
 controverso, nec in fructu vel usu consistat, attigisse. Quæri-
 tur (I.) Si jus collectandi, mulctandi, vectigalis, die *Gerichtig-*
keit des Stewrens / Bussen / Frevels / Zolls / aut similia litigiola
 sint, & pignorans, absque molestatione tamen personæ, ob ei-
 nige *Beschwerung der Person /* tantum nec plus auferat, quam
 quantum collectæ, mulctæ aut vectigalis ratione sibi deberi
 prætendit: Item: Si alter in signum exercitii meri Imperij cu-
 ret *inspici vulnera* occisi in alterius territorio, eorumque men-
 suram sumat, de corpore tamen vel vestibus nihil aufert: son-
 dern hat bloß die *Bunden* besehen / und abmessen lassen / auch sol-
 che *Stich und Bundenmasse* zu sich genommen: utrum habe-
 at Constitutio hîsce casibus locum, & mandatum de restituti-
 oneratione ablatorum impetrari possit. R. quod non. Fa-
 ctum enim illud pro mero juris exercitio & turbatione æsti-
 mandum. *Recess. Imper. S. da auch eine, de Anno 1600. Mind. c.*
36. n. 15. Aut. decis. Cam. fol. 216.

XL.

Sin verò supplicatus, ob delictum extra territorium ipsi-
 us commissum, supplicantis subditum, ad jus eos mulctandi,
 acqui-

acquirendum, in carcerem coniiciat, & multa extorta, licet ante impetrationem Mandati, & absque dispendio, ohne Entgelt nütz/eum rursus dimittat, nihilominus locus est Constitutioni, & mandatum de Restitutione ablatae mulctae, des abgepfandeten Frevels oder Bussen decerni solet. §. wann zwischen / vers. da sich aber. *Recess. Deput. Spir. de Anno 1600.* Hinc enim personae gravamen principaliter attenditur, caeteraque pro accessoriis illius aestimantur, & perinde est, ac si absque causa relaxatus non esset: cum multa ipsi per carcerem, a cuius squalore se exsolvere coactus est, sit extorta: *Schvvarm. de Proc. Cam. lib. 1. c. 12. n. 14. Mind. de Proc. ext. lib. 1. c. 36. §. 10. & §. 13. n. 15.* ubi habet praedictum *ratione der abgenommenen Stichmasse in causa Wertheim cont. Würzburg quem vide.*

X L I.

Quando Jus Patronatus controvertitur; & claves templi ablatae, tunc processus super pignoratione decernuntur, & claves pro re tertia habentur. *Ita decreti Processus in caus. Schenck cont. Pfalzgraffen. P. L. I. Dec. Anno 92. Aut. Decis. Cam. f. 265. in fin.*

X L I I.

Nonnulli omnem *pradam venationis, aucupii & piscationis* pro re tertia habuere, cum tamen sit fructus juris venandi. *l. 9. §. 5. l. 62. de usufr. Gylm. symp. to. 2. p. 2. f. 173. n. 1. Schvvan. c. 12. n. 8.* Sed male, cum distinguendum sit, an pignoratus feras vel pisces jam ceperit & abstulerit, tum enim habentur pro re tertia, non pro fructu seu parte rei litigiosae aestimantur, & processus decernuntur. *Reces. de Anno 1600. §. weiter ist auch. Denail. c. 183. §. 23.* Item, si *fera & volucres* pignorentur, quae jam non primum in loco controverso captae, sed diu alitae, & illuc deductae, quales die *Lockvögel / Habicht & c.* Item; lepores & feras, in

ra, in alio quàm in controverfo nemore captæ, illæ namque habentur pro re tertia & innocenti. *Ita Processus decreti 1565. In caus. Speyer / cont. Speyer. Aut. decis. Cam. f. 264.*

XLIII.

Item, si ob *jus controversum pinsendi, vel cerevisiam coquendi, vel calceos conficiendi*, in pago quodam subdito, panes, dolia vel vacua vel cerevisiâ plena, vel instrumenta braxatoria, vel calcei auferantur, an hæc habenda pro re tertia? Quod Affirmativè resolvitur, cum sint res privatorum. Quod enim subditus habet, non potest continuo dominidici: neque ipsi panes, vel cerevisia possunt dici fructus juris pinsendi vel coquendi, quia fructuum proprietas ad dominam spectat, quod hic secus est. Ideò *process. in hac causa decreti. 20. Apr. Anno 88. Gylm. Symph. t. 1. p. 1. tit. 4. fol. 349. Schvvan. 103. Maul. t. de Pign. tit. 6.*

XLIV.

Quid si partim res tertia, partim controversa pignoretur?

Quando verò *partim res tertia, partim litigiosa* simul pignoratur, puta quadriga sive currus, & equi una cum litigiosis lignis abducuntur, separatio rei litigiosæ à re tertia institui debet, & quoad hanc saltem Mandatum super Constitutione impetrari potest, alterum reservandum ad punctum Citationis. §. *da aber, ibi. Wagen und Pferde mit dem streitigen Holze hinwegführet &c. daß die Mandata de restituendo allein ad rem quatenus est res tertia & innocens verstanden / & paulò post: Sondern das Streittige / von den Unstreitigen unterscheiden / und allein deshalb paritât werden soll. Recess. Ratisb. de Anno 1594. Mind. l. 1. c. 36. §. 3. & 5. n. 5. Denais. c. 183. §. 21. Aut. decis. Cam. f. 262.* Hoc enim est proprium pignorationis, ut aliud pro alio, & res aliena pro litigiosa capiatur. *dict. Recess. de Anno 94. Quod aliàs omni Jure prohibitum, per Nov. 52. c. 1. Auth.*

sed

sed omnino. C. ne uxor pro mar. c. i. de injur. in. 6. Auth. habita. C. ne fili. pro patr. l. i. C. ut null. ex vican. tum, quod nemo propria auctoritate jus sibi dicere, nec se vindicare debeat; quod si fecerit, puniatur. l. extat. ff. quod met. caus. l. nullus. C. de Iudeis. Specul. late. tit. de actor. n. 55. Unde non mirum, cum contra naturalem legum prohibitionem tales pignorationes fiant, quod statim sine ulla causae cognitione, & ab executione Judex incipere, & sine Clausula restitutio mandari possit. Maxime cum haec res inter Status Imperij, omnis generis tumultus, seditiones & rixas facile excitare posset.

X L V.

Aliter se res habet, quando res controversa ablata, hoc enim casu, restitutio absque causae cognitione de jure injungi non potest; cum in dicta Constitutione Pignoratitia Interdicti retin. possess. ventilentur, ubi uterque contendit, se esse in possessione, quo casu si alter utatur sua possessione, recipiat fructus vel decimas controversas, non statim ad petitionem alterius, idem jus & eandem possessionem praetendentis, sine Clausula absque ulla causae cognitione eidem mandari potest, ut eosdem fructus vel decimas supplicanti restituat, ne talis sua possessione eo ipso sine causae cognitione destituatur, & ab executione contra Ordinationem, & jus commune processus initium sumat. O. C. p. 2. tit. 23. l. i. C. de exec. rei jud. Dd. in l. 5. §. 10. ff. de nov. op. nunt. l. 58. ff. de re iudic. l. 4. C. de sent. & interl. omn. iudic. Accuratè igitur disting. inter Rem tertiam, & eam de qua litigatur, hoc enim nisi fieret, confunderetur punctus Citationis & Partitionis, qui sunt separati. Partitionis punctus praesupponit factum ipso jure prohibitum, quale est hic ablatio rei tertiae, quae ab ipsa re controversa separatur ipsismet verbis constitutionis, ita ut à praecepto incipi possit sine Clausula

D

sula

sula Justificatoria. *Citationis* autem respicit quod verè contro-
 versum est, in quo nihil possumus inauditâ altera parte de-
 finire, pertinens ad Interdictum retinendâ, ubi altior indagatio
 de controversa hinc inde possessione versatur. *c. i. de caus. poss.
 & prop.* & quæ statuuntur adversus absentem non contuma-
 cem, ipso jure non valent; *l. ea qua. C. quomodo & quando Ju-
 dex.* In dubiis enim sufficit quod se sistat Reus, in manifestis
 requiritur ante omnia satisfactio. *c. ex parte. X. de verb. sign. &
 causa mendica* dicitur, si aliquâ parte non citatâ, nec per con-
 tumaciam absente aliquid fiat. *Jacob. de Aren. de prac. judic.
 n. 5. allegans l. laudabile. C. de adv. divers. judicium.* Porro in *Pa-
 ritionis* puncto, *Q. An quid factum sit?* & nulla exceptio ad-
 mittitur, nisi sub & obreptionis, quæ versatur circa statum
 controversiæ, quem Rhetores Conjecturalem vocant. In pun-
 cto denique *Citationis* *Q. An Iure factum?* & implicitam ha-
 bet Juris disceptationem, quem Rhetores Statum Judiciale
 vocant, & infinitas continet exceptiones, quæ causæ cognitio-
 nem ordinariam requirunt, nec via Mandati S. C. expediri pos-
 sunt, nec debent. *l. 9. §. 1. ff. de Off. Procons.* Multis de his *Gail. r.
 obs. 145. & 1. obs. 147. n. 1. & 2.*

X L V I.

Verùm quando inter duos Principes vel Dominos im-
 mediate Imperio subiectos *de Jurisdictione*, über der Obrigkeit
Herzog-und Gerechtigkeit / vel de ipsis etiam *subditis*, sive per-
 sonis Jurisdictioni litigiosæ subiectis contenditur, & subditi ut-
 triq; Principi vel Domino litiganti, & illi cum primis, ad quem
 Jurisdictio pertinet, debitam obedientiam præstare sunt para-
 ti, quia jus inter Principes controversum ad subditos nihil atti-
 net, & absque sua culpa, ab uno vel altero Principe aut Domi-
 no in vincula conjiciuntur, hoc requisitum de persona tertia
 non

non adeò præcisè & strictè attenditur, sed Mandatum ex Constitutione super Pignoratione decernitur, etiam si sint illi ipsi subditi, de quibus litigatur. *Recess. Imp. Anno 1594. Denais. c. 183. n. 18. Mind. c. 36. n. 8. Aut. decis. Cam. requi. 3. f. 262.* Quia subditi hoc casu sunt innocentes, & nihil eis imputari potest, quod Dominus cum vicino suo de Jurisdictione obstinatè contendat, & propterea alterius odio prægravari non debeant, *c. si Episcopum. 13. 16. qua 6. l. 33. §. 1. C. de inoff. test. c. non debet. 22. de R. I. Gail. de Pign. obs. 3. n. 8.* Haftenus autem dicta obtinent, si subditi pignorationi causam non præbuerint. *d. Re- cess. de Anno 94. Denais. c. 183. n. 18. Maul. de Pign. tit. 6. req. 4. Præjudicia vid. ap. Gylm. tit. 4. f. 370. Myns. II. obs. cent. 2. & respons. 26.*

X L V I I.

Quamvis verò, ut antea dictum, pignoratio consistat in Captione & Abductione pignoris, h. e. ut pignorator pignus captum secum auferat, seu abducatur, & si persona sit, eam detineat, vel in carcerem coniiciat, si res aut animal, id includat. *arg. tit. 22. ibi: Die Pfandung wieder zugeben/und die Gefangenen los zu lassen. part. 2. O. C.* Fit tamen interdum, ut pignoratores nihil secum abducant, sed propter controversum jus aucupii, *retia piscatoria vel aviaria conscindantur*, vel propter jus litigiosum venandi, *canes venatorij occidantur*: vel propter dubium jus pascendi, *pecora in flumen aut limosam paludem fugentur*, ita ut inde pereant, vel *fruges in agro conculcentur*, aut *foenum in flumen conjiciatur, famuli & servi verberentur, vulnerentur.* Quo casu nihilominus Constitutioni Pignorationis locus est, & Mandata decernuntur. Licet enim his casib. in verba Constitutionis non peccetur, tamen mens ejusdem fraudulentâ intentione offenditur. §. *Es ist auch:*

Quid si Pignorator nihil secum abduxerit.



vers. wann dann. Recess. Dep. Spir. Anno 1600. Cum etiam eo modo res indubitata mea, mihi auferatur, vel inutilis reddatur, & paria sint contra legem, & in fraudem legis aliquid facere. arg. l. 29. cum seq. ff. de LL. & idem, rem auferre, & inutilem factam reddere. l. 3. §. 1. commodati. Mind. c. 36. n. 11. Gail. de Pig. obs. 9. n. 1. Denais. c. 183 §. 31. Gylm. t. 2. p. 2. f. 175. n. 22. Schvvanm. obs. pract. cam. 88. Hinc Mandatum Anno 1578 26. Octob. Super Constitutione contra Comitem Oetingensem, qui quærendo novi juris gratia domos civium quorundam oppidi Ordligensis irrupisset, & dolia, ut vinum omne efflueret, percutiisset, daß er den Weinfässern die Boden ausgeschlagen/ decretum. Idem in caus. Pammelberg. cont. Oetingen/ in Ian. Anno 88. Teutschmeisters cont. Rotenburg. 19. Decembr. Anno 80. Mind. c. 36. n. 10. Aut. decis. Camer. f. 214. & sequent.

XLVIII.

quid si aliquid destruxerit.

Si superficies aliqua, vel res solo infixæ; puta patibulum, domuncula, als ein Hochgerichte/ Vogelhütte / oder Zollhausein/ vel sepes evellatur, vel aliud simile quid destruatur, vel excindatur: item si propter jus vinum vel cerevisiam vendendi suspensa hedera, vel propter controversiam super jure aliquo superioritatis, in castro quodam alter alteri affixa insignia corrumpat vel extinguat: tum distinguendum: Aut enim hedera & insignia dejecta, sepes & similes manent integra, aut per istam dejectionem franguntur, corrumpuntur. Priori casu, eò quod supplicanti de suo nihil absit, sed dejecta facile in pristinum locum restitui possint, mandatum denegatur, & hoc factum pro mera turbatione habetur. Recess. Deput. Spir. de Anno 1600. Denais. c. 183. Schvvan. proc. Cam. lib. 1. c. 12. n. 25. Gylm. t. 2. p. 2. f. 174. Posteriori modo Mandata S. C. obtineri possunt,

possunt, quatenus *res æstimationem* admittit, licet *exigui & vilissimi* sit pretii. *d. Recess. de Anno 1600, & ante citat. Quamvis Aut. decis. Cameral. Mandata* ob rem vilissimam fuisse casata, multis præjudiciis, affirmet. *f. 216.*

X L I X.

IV. *Requisitum* est, ut pignoratus sit *in possessione*, vel qua-^{4. Requi-} situm. sitius Juris, vel loci in quo, vel cuius respectu pignoratio fit. *Rec. Ratisb. de Anno 1594.* Nam Constitutio hæc locum habet, in Interdicto possessionis retinendæ, quando unus possidet, alter turbat, vel quando alteruter litigantium se magis quam alterum possidere contendit. *Gail. l. O. 8. n. 2. & tr. de Pign. obs. 3. in pr.* Sufficit autem ut pignoratus jus aliquod pascendi, vendendi &c. vel in totum possideat, vel pro certâ parte, vel pro indiviso, nec opus est, ut simul habeat dominium rei. *arg. l. 1. §. 7. ff. uti possid. Gail. de Pign. obs. 3. n. 5.* Interdictum Retinendæ enim requirit tantum possessionem. *d. l. 1. §. 6. ff. d. t. Menoch. ret. p. ff. rem. 3. n. 208. & mult. seqq. Bach. ad Treutl. vol. 2. disp. 25. th. 4. lit. A.* Qui ideoque clam vel palam dejectus vel spoliatus est, processus super pignoratione non impetrabit. *l. 1. §. 4. ff. uti poss. l. 1. §. 24. de vi & vi arm. l. 3. §. 13. l. 6. §. 1. de acq. poss.* Perinde autem est quomodo possideat, sive Civiliter animo dominii. *l. 22. §. 1. de nox. act. l. 15. §. 33. de damn. inf. l. 1. §. 2. uti possid.* Sive Naturaliter, non animo dominij, sed alio jure sibi habendi rei insistat. *l. 13. §. 1. de publ. in rem act. l. 15. §. 4. de precar. justè vel injustè, modò non ab ipso adversario pignoratore clam, vi aut precario possideat, has enim possessiones non debere proficere palam est. l. 1. pr. & ult. uti possid. Imò juris interpretatione non possidet. l. 22. de acq. poss. ibique Gothof. in not. h. t. Gail. de Pignor. obs. 3. n. 6. Menoch. ret. poss. rem. 3. n. 103. & seqq.*



§. Requisi-
tums.

Præterea non sufficit, possessionem vel quasi ex parte pignorati, eamque in supplicatione allegare, sed & *V. requiritur*, ut in supplicatione allegetur, quod pignorator possessionem controversam facere, & *jus aliquod novum* sibi usurpare conetur, quodque *novi juris intuitu* pignorationem fecerit. Et nisi *juris novi* gratia pignoret, pignoratio non est dicenda, sed potius simplex turbatio, aut spolium. *Mind. li. 1. c. 35. §. 8. n. 10.* *Gail. de Pig. c. 3. n. 7.* *Aut. dec. Cam. f. 256.* Hinc si diversimoda sit possessio vel usus alicujus juris, puta, si unus habeat dominium, alter venandi jus, tertius pascendi, quartus lignandi, isti beneficium Constitutionis competit, qui sui juris respectu turbatur. *l. 1. §. 8. uti possid.* Si verò, dum aliquis contra te lignandi jus captis pignorib. quærit, & *juris meo pascendi* simul officit: quia *jus, cujus respectu fit turbatio*, non ego sed tu possides, tu ex constitutione ages, salvâ tamen mihi actione turbatæ possessionis. *Mind. c. 35. n. 4.* *Gail. de Pign. Obs. 1. n. 2.* Huc pertinet quæstio: *An pignoratione facta in re vel loco aliquo communi, fundata sit Constitutio?* *de hac videat. Clock. tom. 1. cons. 27. n. 59.* *Myns. 3. obs. 20.* *Gail. de Pign. ob. 20. per tot.*

L I.

An jus novum quod quis intendit specialiter exprimi debeat?

Nec etiam satis est, si supplicans *novi juris* quærendi causa pignorationem factam generaliter narret, sed ad obtinendum Mandat. poenale de relaxandis captivis vel pignorib. restituendis illud *jus in specie* exprimendum est. *Recess. Imp. de Anno 1594. §. wir wollen auch.* Ratio est (1.) ut pignorans contra illud suas defensiones eò plenius ac certius instituere possit in causalibus. Probato enim isto jure Mandatum cassatur: Si non probatur firmum illud manet, & paritio injungitur. (2.) ne sub generali allegatione *novi juris usurpati* mandata ex
data ex

data ex hac constitutione fraudulenter & iniquè extrahantur :
 Si igitur supplicans generaliter tantum narrat Titium pigno-
 rasse, ad quærendum sibi novam Jurisdictionem, ad narrata
 supplicationis petiti processus rectè sunt denegati hoc modo :
 Wosern der Supplicant das jus, welches gegenheit auf seinem
 Eigenthumb sich durch die Pfandung anmassen wollen aus-
 drücklich specificiren würde / so soll alsdann auff ferner ersuchen
 geschehen was recht ist. Mind. d. c. 35. n. 12. Quod ipsum multis
 præjudiciis confirmat Gylm. t. 1. p. 1. tit. 4. f. 283. 330. 357. & tom.
 1. p. 1. vot. 18. n. 32.

LII

VI. Hujus Constitutionis Requisitum est, ut causa pigno- ^{6. Requisi-}
 rationis sit Civilis non Criminalis, seu maleficium, quod diser- ^{tum.}
 tate in constitutione excipitur. O. C. t. 22. p. 2. ibi : allein malefiz
 sachen ausgenommen. Quæ jam sit causa Civilis & Criminalis
 vid. ap. Clar. 5. sent. §. ult. q. 1. Mar. spec. aur. cum non sit hujus
 loci. In constitutione nostra ea intelliguntur maleficia, quæ ^{Quid ma-}
 poenam corporis inflictivam habent, & quæ aliàs quoque ad ^{leficium.}
 Camerae Judicium non pertinent. O. C. p. 2. tit. 28. §. item nach
 dem ibi: in peinlichen Sachen die Leibsstraffe auff ihnen tragen.
 Gail. de Pign. c. 3. n. 11. & obs. pr. l. 1. obs. 1. n. 27. Mind. c. 9. n. 13. &
 22. & t. 37. n. 4. Mynf. 4. obs. 41. Planè maleficia hic non nimis
 late interpretanda esse, ut & crimina ex pertinacia & nequitia
 commissa subintelligantur, constat ex Recess. de Anno 1594. §.
 Aber die Persohnen, ibi: so nicht umb malefiz, sondern anders
 Muthwillens halben. Delicta igitur omnia in Constitutione
 Pignorationis excepta esse, quæ ad jus gladij sive merum im-
 perium pertinent, verius est. Hujus gradus & delictorum spe-
 cies. vid. ap. Matth. Steph. de Jurisd. lib. 1. c. 7. 8. 9. & 10. Obrecht.
 de Jurisd. li. 2. c. 8. Reink. de reg. sec. l. 2. cl. 2. c. 17. n. 59. & 79. quo
 etiam

etiam cum aliis mulctam quatenus imponitur pro delictis, quorum coërcitio & animadversio meri est Imperij, rectè refert *d.l.n.66. Mynf.3.obs.43. & 4.obs.41.n.3. Mind. lib.1.c.9.n.16. & seq.* Hæctamen procedunt, cum de delicto puniendo, non autem de Jurisdictione quæritur. *Ita factum in caus. Nürnberg cont. Brandenburg. An.59. Zollern. cont. Walburg. Anno 66. Aut. decis. Cam. f.263.* Interdum exceptio maleficii non impedit partitionem, sed non obstante eâ exceptione, illa injuncta fuit *in caus. Bentheim. cont. Schnabruck. 1. Mandat.7. Juli. Anno 92. die declaration der Poen abgeschlagen: idque in favorem captivorum & incarceratorum. Aut. decis. Cam. f.214.*

LIII.

Occasione hujus Q. hic. *Si quis ob delictum in loco domicilij à domino alterius territorij captus & alio traductus sit, an locus sit Constitutioni?* Negat Gail. *obs.14.n.5.* Si tamen intentione quærendi alicujus juris fiat, non putat Mind. *de proc. extr.c.37.n.1.* obstare delictum: id enim in fraudem Constitutionis allegari videri ait. Hinc cum Anno 86.7. Sept. Comes ab Hohenloe. cont. Georg Fridrich / Marchionem Brandeburgensem pro relaxatione rustici una cum filio in territorio controverso capti, supplicaret, narrando, ob suspicionem quod facinorosos receptasset, daß er verdächtige / sträffliche Leute und Diebe beherberget / und Unterschleiff gegeben haben soll / referens denegare volebat processus, quia causa criminalis esset, reliqui Domini contradicebant, quia hic non de maleficio, vel ejus poena controverteretur, sed de Jurisdictione, cui illa in loco litigioso competeret, & ideò causam merè civilem esse. *Maul. de pign. tit.7.*

LIV.

L I V.

Prædictis hisce requisitis omnibus probè observatis, rite-
que in supplicatione deductis, *Processus* decernitur, qui est bi-
partitus: Mandati sive Partitionis, & Citationis.

L V.

Mandati sive Partitionis est, quando pignori sub cer-
ta poena pecuniaria quæ præcepto inserta, sine clausula iustifi-
catoria ut factâ insinuatione Mandati captivum illicò & sine
suo sumptu, sub solitâ cautione sese rursus, si sic iudicatum
fuerit, sistendi, relaxet, aut pignora capta è vestigio integrè ple-
neque restituat *O. C. part. 2. tit. 22. Gail. de P. obs. 13. n. 2. & 3.*
Schvvan. de pro. Cam. lib. 1. c. 12. n. 29. Ubi de cautione de qua a-
git *Ord. Cam. d. l. ibi: Auf alte gewöhnliche Brphede /* notan-
dum, eam utpote substantiale quoddam, adversario non po-
stulante hic non requiri; petitam autem præstandam esse, nu-
dâ saltem repromissione, non exactis pignorib. vel fidejussori-
bus. *Recess. Deput. de Anno 1600.*

*Process.
Mandati.*

L V I.

Restitutio autem fieri debet plenissimè, cum omni da-
mno expensis & interesse, usque adeò ut omnis utilitatis, quæ
ex re ipsâ non solum naturaliter; veluti ex usu ipsarum, ad
quem destinata sunt, ratio habeatur: ut si colono equi vel bo-
ves abducti, ut ita ad tempus arare non potuerit, vel vaccæ &
oves pignori captæ, omne id restituendum, quod pignoratio-
ne non factâ pignorans haberet. *Reces. de Anno 1600. §. Ob
alle Schaden. l. 22. l. 35. l. 81. l. fin. §. 1. de V. S. l. 20. de R. V. l. 31. de
reb. cred. l. 21. §. 3. de act. empt. Weseimb. parat. ff. de R. V. n. 7.
Plurib. Gail. de P. obs. 17. Item absque mera, & absque ulla ex-
ceptione, ohne Verzug/und ohne einige Einrede. §. als auch im
22. Articul. Recef. Aug. Anno 1566.* Et quidem si pignus est

*Quom. Pa-
ritio fiat.*

E

perfo-

persona, absque sumptu & dispendio ipsius, ohne Entgelt relaxari. §. d. als auch. §. damit sich aber. Recess. Dep. Spir. de Anno 1600.

LVI.

Porro in restitutione etiam *Expensa* solent computari, & omne illud quod pignorato occasione pignorationis abest, & aestimari potest, restituendum: ut si captivus alimentorum vel carceris nomine quid erogavit: vel si squalore carceris ita conficiatur, ut recuperandæ sanitatis ergo in Medicos, Apothecam, aut aliam ob causam aliquid impendere necesse habeat, hæc omnia omninò restitui debent, aliàs Mandato plenè paritum non est. §. daß all dasjenige. Deput. Recess. Spir. de Anno 1600. quia refusio expensarum, est quasi pars mandatae partitionis. §. damit sich aber. circ. fin. dict. Recess.

LVII.

Deteriorationes pignorum etiam hic attenduntur, & si ipsa res pignorata deterior reddita, tunc Judex rationem habere debet, quantò deterior facta sit, ut id reus simul restituat. Recess. dep. Spir. Anno 1600. l. 13. ff. de rei vind. Restitutio enim in eodem statu & bonitate, quâ facta est ablatio, fieri debet, nec res restituta intelligitur, quæ deterior redditur. l. 3. §. 1. l. 10. l. 18. §. 1. ff. commod. l. 9. §. 3. ff. ad exh. l. 33. §. 1. de solut. Gail. de pign. ob. 16. n. 2. & seqq.

LIX.

Si præter rem pignoratam, *alia res* in actu pignorationis *deterioratur*; puta homo vel animal pignorati vulneratur, vel alio quodam damno afficitur, cujus ratione de suo aliquid expendit, id similiter pignorato refarciri debet. d. Recess. de Anno 1600. Sic si servus hæres institutus, in pignoratione, vel ob squalorem carceris aliamve ob causam moriatur, tunc non modo

modò mortui ineunda est æstimatio, sed etiam hæreditatis. *arg. l. 23. in pr. ff. ad L. Aquil. l. 11. ff. ad exhib. l. 52. §. si servus. ff. de furt.* Idem est, si quis ex Comædis, aut quadriga, aut ex parimularum, una vel unus pignoretur, id quoque computabitur, quanti propter carentiam rei pignoratæ depretiati sunt, qui superflunt. *l. 22. §. 1. l. 23. §. 6 ff. ad L. Aquil. Gail. de P. obs. 17. Mind. l. 1. de proc. c. 36 §. 15. n. 20.* Sic utilitas rei pignoratæ, & tertiæ deterioratæ, veluti operæ hominis pignorati, quibus caruit aut cariturus est, ob factam pignorationem etiam restituenda est. *arg. l. 1. §. hac autem. l. f. ff. de his qui effud. vel de jec.*

L X.

Quando *res pignorata* apud pignorantem *amplius non extat*, & pignoratus quod fortè eâ carere non potuerit, eam justo pretio redemit, vel aliàs ejusdem desiderio solutione certæ summæ satisfecerit, agitur hoc casu ad restitutionem pretii dati, & Mandatum pœnale impetratur. §. *da auch die Pfande. Recess. August. Anno 1566.* quia id loco rei succedit. *de quo supr. th. 36.*

Quid si res pignor. non amplius extet, vel redempta sit.

L X I.

Rebus verò planè *corruptis & deperditis*, vel animalibus demortuis fame, itidem ejus æstimatio debetur. §. *Ob wol aus. Recess. de Anno 1600. Myns. cent. 3. obs. 19. Schvvan. lib. 1. c. 12. n. 5.* Quod si inter partes de vera & justa æstimatione istius rei peremptæ, & non amplius extantis, conveniri non possit; in odium pignorum juramento pignorati id æstimatur, quanti ille in litem jurare voluerit. *l. 9. si quando. C. unde vi. e. fin. de his qui vi metusve caus.* Etiam ultra verum rei pretium, si restituens fuerit in dolo vel contumacia. *arg. l. 8. ff. de in lit. jur. l. 69. ff. de rei vind.* In tantum, ut tametsi bona pignorata sub hasta vendita sint, nihilominus pignoratus admittatur ad Ju-

Quomod. æstimatio rei pignorat. fiat.

ramentum, cum sit præsumptio contra spoliante[m]. *DD. in d. l.*
9. C. unde vi. Gail. de P. obs. 16. n. 8. & obs. 18. Et vendere sub ha-
 sta non est verum pretium si invito pignorato vendantur bo-
 na. *Bald. in l. fin. C. si advers. fisc.* Et ita in hoc casu admissi sunt
 ad juramentum pignorati *in caus. Vinsingen cont. Nassaw. 2.*
Mandat. 2. Ruhe und 9. Pferde betr. 10. Nov. Anno 1565. Et in
caus. Braunschweig cont. Braunschweig Mandati S. C. 222. ab-
gepfandete stück Kind Vieh betr. seynd die gepfandete Unter-
thanen zu Nordlingen ad juramentum zugelassen. 22. Jan. An-
no 94. & præstito Juramento condemnatoria lata. 9. Mart.
Anno 69. Pignorantem enim contra jus commune, & Con-
 stitutionem Imperii rem innocentem capiendo in dolo esse
 negari non potest. *Gail. de P. obs. 11. n. 7. Myns. 3. obs. 19. & 20.*
Mind. l. 1. c. 36. n. 17. Sed ne in infinitum juretur, & quisque suæ
 affectioni plus æquo indulgeat. *l. 63. ff. ad L. Falcid. l. 33. ff. ad L.*
Aquil. Judex causâ summarie cognitâ, sententiâ quadam
 præambulâ, pro personarum & rerum qualitate, summam æ-
 stimationis, ad quam pignoratus jurare debet, exprimit. *Recess.*
dep. Spir. de Anno 1600. arg. l. 5. §. 1. l. 4. §. 2. ff. de in lit. jur. l. 3. §. 2.
ff. ad exhib. l. 9. C. unde vi. Nec refert, si moderata à Judice
 summa se non ad 20. florenos usque extendat, quia hoc casu
 nihilominus jurari debet in litem. *§. Ob wot aus. d. Recess.*
 Nec juvabit pignoratorem, quod res casu fortuito & sine cul-
 pa ejus perierint, & quod eodem modo erant periturae penes
 dominum. *per l. 15. §. fin. ff. de R. V. l. 24. §. 1. ff. de posit.* Sed suffi-
 ciat æstimationem hujus loci tantum delibasse, cum accurate
 hæc sint tradita, à *Gail. de P. obs. 18. Rutger. Rul. de comm. p. 1. l.*
4. c. 24. Gylm. t. 1. p. 7. vot. 7. f. 44. & t. 2. p. 1. vot. 24. n. 11. quo
 brevitatis studio me remitto.

LXII.

Haftenus de iis casibus in quibus pignorator Mandatis obtemperavit. Quando verò non satisfecit Mandato, ob non factam plenissimè restitutionem & partitionem, arctiora Mandata sub poena Banni Imperialis pignoratus petere potest. Et licet pignorans alleget causas, cur Mandato parere non teneatur, regulariter non auditur, quia Mandatum nullam admittit exceptionem. §. Ob wol in allen. d. Recess. Dep. Spir. de An. 1600. O. C. tit. 22. p. 2.

LXIII.

Verum praxis quotidiana docet admitti nonnullas exceptiones. (1.) Nullitatis, ex defectu Jurisdictionis Camerae; puta si excipiatur, pignorantem vel pignoratam non immediatè subiectum Imperio, ut sic requisita Constitut. deficient, de quib. sup. th. 17. latius. Aut (2.) defectu Mandati, veluti si Praefectus vel Officialis pignoravit, & dominus Mandatam sibi esse pignorationem negat, vid. Th. 33. Aut (3.) sit casus nuncupatim à Constitutione exceptus, uti est causa Criminalis Maleficium, de qua actum th. 57. & seq. Vel (4.) sint satis praegnantibus, & singulariter moventes rationes, trifftige und hochwichtige Ursachen. §. Ob wol in allen. vers. in welchen dann. Rec. Dep. Spir. de Anno 1600. Et his casibus Judex brevem & peremptorium terminum, ad summum quatuor vel quinque menses pignoratori ad probandam exceptionem assignare debet, & accuratè perpendere, ne malitiosè paritio differatur, per oppositam exceptionem. l. 18. C. de Appell. Gail. de P. obs. 14. n. 6.

Quenam
Exceptio-
nes cont.
Mandar.
admittan-
tur.

LXIV.

Exceptio sub & Obreptionis in hac materia Mandato obiecta, eadem est quæ Nullitatis, cum omnia mandata sine Clausula tacitam hanc habeant conditionem, si preces veritate nitan-

E 3

tantur.

tantur. c. 2. de rescript. & ratione litis pendentia & aliarum rerum impediatur paritio. Ita factum in caus. Bentheim cont. Osnabruck. Anno 1594. 16. Aug. Aut. decis. Cam. f. 213. Eiusdem valoris exceptio Rei Iudicata, quando pro pignorante in eodem loco, contra eundem, & ejusdem juris gratia semel iudicatum fuit. l. 3. cum seqq. de except. rei jud. Exceptio enim hæc impedit litis ingressum, & actorem à limine iudicij repellit. c. 1. de lit. cont. in 6. l. 6. ff. de except. rei jud. l. 2. l. 5. C. de re jud. De his Exceptionib. plurib. agitur apud Gail. obs. 14. n. 2. & seqq. Gylm. symph. t. 2. p. 1. vot. 26. Bach. ad Treutl. vol. 2. disp. 26. th. 8. lit. C. & Zang. de except. part. 3. c. 10. n. 2. c. 16. n. 52.

L X V.

Subjection. exc. an impediatur paritionem.

De Exceptione Subjectionis Q. An captivum non esse subditum Actoris, sed Rei citati; & ideò Constitutionem pignorationis non habere locum ob defectum qualitatis requisita, obijci possit à pignoratore ad impediendam paritionem. Quod negatur, quia requirit altiorem indaginem, & concernit merita causæ principalis, quæ ad punctum causalium meritò reservantur. c. 1. de lit. cent. in. 6. Tum. quod omnium foret molestissimum, innocentem captivum tantisper in squalore carceris detineri, donec hæc quæstio determinaretur. Gail. de P. obs. 15. n. 1. inf. Myns. cent. 2. ob. 10. Hoc tamen non procedit nisi notoriè constet, narratam subjectionis qualitatem esse falsam. c. super eo. de test. cog. Vel in confesso, captivum esse subditum pigneratoris, quia tunc clarum & notorium est Jurisdictionem Camerae non esse fundatam, nec mandato parendum. l. un. C. de confess. l. 1. & 6. ff. eod. Gail. de P. plenissimè obs. 15. n. 10.

L X V I.

L X V I.

Processum Citationis quod attinet, præmittendum, expressè esse constitutum, quod Mandatis sine clausula justificatoria ad docendum de partitione in termino præfixo, vel ad videndum se declarari in poenam Citatio semper annecti, nec Mandata sine illa decerni debeant. *Recess. de Anno 1570. §. ferners statuiren. Idem repetitum in Recess. de Anno. 94. §. Demnach aber. Denais. c. 182. §. 4. Aut. decis. Cam. verb. Mandata S. C. fol. 196. Mynf. 5. obs. 50. & 1. obs. 76. Mind. l. 2. c. 21. n. 15.* Formula Mandati & Citationis videre est, apud Gylm. *Symph. p. I. t. 4. fol. 345.*

L X V I I.

Citatione hac legitimè insinuatâ, pignoratus per procuratorem sufficienter legitimatum in termino præfixo comparet, & Mandatum cum retrò scriptâ nuncii relatione reproducit, partitionemque doceri petit. *Denais. c. 110. §. 1.*

L X V I I I.

Quando jam pignorator comparet, partitionem per Instrumentum Publicum, vel per quietantiam pignorati, aliove documento probare debet; & res est expedita. *Gail. de P. obs. 13. n. 5. & obs. 16. pr. Schvvanm. de proc. l. 2. c. 18. n. 4.* Si verò contra Mandatum excipit, & causas de quibus *th. 63. & seq.* quare parere non teneatur, adducit, tunc audiendus est.

L X I X.

Non rarò verò Reus exceptiones non opponit, sed tantum terminum excipiendi petit. Verùm hodiè præter primum in Mandato dicto diem, tempus ulterius & prorogatio termini, sine singularibus & relevantibus causis, & pro ratione circumstantiarum & distantia loci, idque ipsum unius alteriusve, vel ad summum quatuor aut quinque mensium non datur:

datur : aliàs Mandata cum utrobique annexis comminationibus eluforia redderentur, & res maximâ cum injuria præsertim captivorum fieret, si ita in fraudem tempus ulterius callidè & studiosè peteretur.

L X X.

Si Reus in termino planè non comparet, sed contumaciter se absentat, procurator pignorati vivâ voce proclama petere & obtinere potest, ut citatus sine novâ citatione per sententiam Judicalem in poenam declaretur, & nihilominus paritio Mandati injungatur, omnia cum refusione expensarum & damnorum. Denais. c. 110. §. 6. Gail 1. Pract. obs. 19. Schvvan. obs. proc. Cam. 124. Mind. lib. 2. c. 24. Meur. part. 8. Et si post lapsum terminum compareat, & fortè poenitentia ductus parere velit, adhuc contumacia ejus accusari, & ad poenam agi poterit. Si tamen termino ritè paritum non sit, & pignorans justum alleget impedimentum non paritionis, audietur. l. 53. §. 2. & 3. de re judic. Modò probet, se omni diligentia usum, & tamen illud impedimentum in causa fuisse, ne præstiterit, quod præstare tenebatur, & hujusmodi fuisse, ut removeri minimè potuerit. Menoch. de arb. Ind. quest. cas. 118. Mind. l. 2. c. 19.

L X X I.

De causa-
libus.

Factâ paritione, pignorator causas pignorationis articulatim exhibet, in quibus præensum jus pignorandi tanquam fundamentum intentionis deducere & probare debet, sanciente id ipsum O. C. part. 2. tit. 22. quod videlicet Jus pignorandi in tali loco semper habuerit, atque etiamnum habeat, talesque actus pignoratitios jam ante exercuerit, & proinde in quasi possessione istius juris defendi debeat, & quod pro conservandâ suâ possessione vel quasi venerit ad pignorationem rerum
vel

vel hominum contradictoris. Clock. tom. 1. cons. 29. n. 13. & seqq. Gail. de Pign. obs. 21. n. 3. Myns. 1. obs. 12. Coler. de proc. exec. p. 1. c. 2. n. 293. Schvvanm. de proc. l. 2 c. 18. n. 12. Et nisi hoc faciat, & causales exhibeat, pignoratus ad præclusionem viæ probandi, vel impositionem perpetui silentij, eines ewigwährenden stillschweigens procedere, Judexque in contumaciam terminum competentem, sub tali comminatione peremptoriè, vel uti vocant, finaliter præfigere potest. arg. l. cum Titia. 18. ibique. Bart. n. 1. & seqq. ff. de accus. arg. l. si ea. 7. C. qui accus. non poss. l. si eo. 6. C. de remiss. pign. Gail. obs. 21 n. 3. Meichsn. tom. 3. dec. 3. n. 3. Schvvanm. d. l. n. 13. Ita factum in caus. Teutschmeisters cont. Detingem Anno 85. 20. Septem. & Teutschmeisters cont. Brandenburg. Anno 81. 2. Mart. Aut. decis. Camer. fol. 267. & 268. Forma pronuntiandi talis: In Sachen A. Klägers / wieder L. Beklagten ist N. des Beklagten Anwald / Zeit zweyer Monath / articulirte Thrsachen / des Pfandens fürzubringen / angefess / mit dem Anhang / wo er also solchem nicht nachkommen wird / daß ihm alsdann der Weg solches zu thun / hiemit benommen seyn soll.

L X X I I.

Inde haud obscurum est, Processum Pignorationis aliquid commune habere cum Processu L. Diffamari C. de ingen. ^{Process. pignor non dissim process. L. diffamari.} manumissis. Pignoratus enim in puncto Citationis Rei, pignorans verò Actoris partes sustinet. Clock. tom. 1. consil. 29. n. 12. & seqq. Debet enim contra dispositionem juris communis in l. un. C. ut nemo inuit. causas pignorationis metu poenæ perpetui silentij, vel præclusionis viæ probandi inuitus deducere & probare, quemadmodum in Diffamationis processu receptum est. DD. in d. l. diffamari. Schurff. consil. 34. n. 5. & cons. 75. n. 6. cent. 1. Afflic. decis. 268. n. 4. Boer. decis. 25. per
F tot. par.

tot. par. 2. Bartol. in d. l. unic. in pr. C. ut nemo in vit. Cacher. ubi hanc magis communem dicit decis. 151. n. 3. Clock. d. l. n. 21. & seqq. ubi refutat Gail. de Pignor. obs. 21. n. 4. Mynf. 3. obs. 78. Nam Pignoratio est quædam diffamatio, quod per eum pignorans prætendat sibi aliquid juris eo loci ubi pignora capta sunt, usurpare. Clock. d. l. Sæpè autem pignorans in processu causæ punctum Causaliæ remitti petit ad aliam causam inter easdem partes, in qua de eodem jure agitur, cui pars adversa per generalia solùm contradicit. Unde cum non rarò magna causæ obscuritas & confusio oriatur, Lege Imperij constitutum, ut partes hoc casu aliter quàm in specie posthac agant, vel excipiant.

L X X I I I.

quid si pignorator causales suos probaverit?

Productis jam à Pignoratore Causalibus, & probatâ possessione, se item justè pignorasse; ut quia subditos suos pignoravit, vel cepit, jam actor qui eum temerè injustravit, refundet ipsi omnes expensas & damna. *arg. §. 1. I. de pæn. tem. litig. l. 2. §. 6. C. de jud. restituenturque illi personæ seu res pignoratæ quas vigore Mandati relaxaverat, salvo tamen partibus jure petitorii, coram competenti Judice proponendi. O. C. tit. 22. §. Undim fall da sich ersünde & c. Mynf. cent. 2. obs. 10. n. 5. Koppen. decis. 41. n. 24. 25. & seq.*

L X X I V.

qui si non?

Quando jam de possessione suâ vel quasi prætensi juris nihil probat, forma pronuntiandi eadem prout in Interdicto retinendæ observatur, videlicet Pignoratori non licuisse adversarium in jure possessionis suæ vel quasi ita turbare atque pignorare: nec pignora in priorem causam restituenda, vel subditos relaxatos iterum sistendos esse: ideoque ipsum imposterum ab hujusmodi turbatione abstinere, eoque nomine pignora-

gnorato idoneè cavere debere, cum refusione damni & inter-
 esse. *text. in l. pen. ff. de aqu. quot. & astru. l. 1. pr. & l. 3. §. ult. uti
 possid. Gail. de P. obs. 23. & 1. obs. 116. Abbas in c. licet causam. n.
 35. & seqq. X. de probat. Schurff. cons. 77. n. 1. cent. 1. Rebuff. ad
 const. reg. tom. 3. de mater. possess. art. 1. gloss. l. n. 15. Papiens. in
 form. libelli pro turbat. poss. n. 1. Angelus de Aretio in §. quadru-
 pli. n. 48. & 52. Menoch. ret. poss. rem. 3. n. 286.*

L X X V.

Hoc Pignorationis Judicium secundum Ordinationem
 Camerae summarium est, & quam celerrimè definiri debet, O.
 C. tit. 22. ibi; und soll darauff. & c. Denais. c. 183. §. 3. Neque
 Litis contestationem causæ pignorationum desiderant, nec
 commissio ad perpetuam rei memoriam decernitur, cum sit
 in potestate pignorantis absque litis contestatione judicium
 inchoare, & testes atque Instrumenta producere. *Gail. de
 Pignor. obs. 21. n. 7. & seqq. per text. in Clem. sapè. de Verb. Sign.
 Soc. in cap. quoniam frequenter. n. 26. in 18. fallent. ut lite non
 contest. Bart. ad reprimendum. in verb. & figura. n. 10.*

*An hoc Pi-
 gnorat. Ju-
 dicium Or-
 dinarium
 sit?*

L X X V I.

Repignorationes quod attinet, sciendum quod omni Ju-
 re sint prohibitæ. *Auth. ut nulli judici. §. quia verò. l. un. C. ut
 nullus ex vicanis. Gail. de Pignor. obs. 12. n. 2. German. Gegen-
 pfandung / vocantur aliàs mutua pignorationes, & hæc ansam
 præbuere Statibus Imperij, ad promulgandam Constitutio-
 nē Pignorationis, ne partes ad arma venirent, & potentior de-
 primeret inferiorem, & ut pax & tranquillitas in Imperio con-
 servaretur: unde Judex Mandatis pœnalibus vigore hujus
 Constitutionis, ejusmodi tumultibus & occurfionibus obve-
 nire debet. *arg. l. exquisitum. ff. de usufr. Idcirco enim judici-
 orum vigor jurisque tutela in medio constituta est, ne quis-**

*Quid de Re-
 pignorati-
 onibus.*



quam sibi permittere valeat ultionem. *l. nullas. c. de Iudais & cælicolis. l. 1. C. ne quis in sua causa jud. l. 1. §. & parvi. ff. quod vi aut clam. l. 1. §. 2. ff. quod legatorum.* Unde pignorationes multis in causis reprobatae, quæ videri possunt apud *Aut. decis. Cam. f. 265.*

L X X V I I.

Aliter se res habet, quando quis pignoravit aliquem, & pignoratus statim aut paulò post illud pignus aufert, tunc denegantur processus. Ita factum *in caus. G. von Bettingen cont. Nordlingen/ubi*, cum Norimbergenses vi armata quindecim vaccas pignori ablatas rursus abegissent, & abduxissent, & Comes processus peteret, fuerunt ipsi denegati 2. Octob. Anno 1588. *Aut. decis. Cam. fol. 217.* De Affinibus remediis hujus Pignorationis nihil addo, videri illa possunt ap. *Roland. de Comm. p. 3. lib. 8. c. 2.*

L X X V I I I.

II. Membrum, de Pignoratione inter Immediat. & Mediatum s. inter duos Mediatos. & (1.) si uterque se possidere contendat.

Et hæc de primo membro *ib. 14.* allata sufficiant. Restat ut & de secundo, quando vel Unus, vel neuter contendenti-um immediatè Imperio subiectus est, exercitii causa pauca adjiciamus. Uti verò prior ex Constitutione Imperij dependet, sic hæc pignoratio, in locis Saxonis, & quæ Vicariatu Imperii Electoris Saxonie subiecta sunt, cum ibi olim Jus Saxonicum viguerit, ex hoc ipso Jure Saxonico; in reliquis autem locis ex Consuetudine passim receptâ dependet & sustinetur, de quâ *Cöppen. decis. 4. n. 11. & seq. Coler. de proc. exec. part. 1. c. 2. n. 228. & p. 1. dec. 136. n. 1. & Carpz. p. 2. const. 27. def. 1. n. 2.*

L X X I X.

De Personis,

Et per Jus hoc Saxonicum & Consuetudinem pignorare omnes Provinciales, Landstassij & Municipales possunt, quibus in

bus in suo agro, nemoribus, sylvis, pascuis & pratis nocitum est, vel quod saltem in eorundem possessione turbantur. DD. *dd. ll.* etiamsi id factum sit à Principis sui animalibus. Fürstl. Braunschweig. Lüneburg. Landes Abscheid zu Salzdalumb. art. 14.

LXX.

Res Pignorationi subjectas quod attinet; quamvis e- *De Rebus*
nim de Jure Civili pecus alienum in suo agro vel fundo reper-
tum, atque damnum dans nemo pignorare vel includere de-
beat. *l. quintus. 39. §. quamvis. 1. & l. seq. ff. ad L. Aquil. l. 14. §. fin. ff. de præscript. verb.* Cæpoll. *de servit. R. P. cap. 9. n. 30.* nisi
eatenus fortè, ut intelligatur, quis sit Dominus pecudis, isque
conveniri possit. Köppen. *d. decis. 41. n. 5.* De Jure tamen Sa-
xonico & consuetudinario indifferenter omnia animalia &
pecora, cujuscunque etiam generis sint, in agro nostro da-
mnum dantia pignorari & includi possunt, donec de damno
illato nobis satisfiat. *art. 47. lib. 2. Land Recht. & ibi Gl. lat. lit.*
E. Coler. d. decis. 136. Carpzov. d. def. 1. n. 4. Usque adeo, ut
si animalia quædam capi & pignorari nequeant, veluti sues,
anserès, &c. canibus ea abigere liceat, etiamsi ab his interfici-
antur. *art. 40. in fin. lib. 3. Land Recht. Zobel p. 2. differ. 30. n.*
6. Schneidvv. ad §. fin. n. 5. l. de L. Aquil. Coler. d. decis. 136. n.
39. Carpz. d. def. 1. n. 5. Neque boves & equi aratorii, aliave a-
nimalia ad agriculturam pertinentia à Pignoratione excipi-
untur, secus ac sensit Moller. *p. 2. const. 27 n. 6.* cum ei & com-
munis observantia & textus in Land Recht. *d. art. 40. & art.*
47. lib. 2. reclamet Carpz. d. l. 7. Thom. de nox. anim. c. 24.
n. 1. Nec excipiuntur animalia Clericorum, *Id. ibid. n. 2.*

De causis.

Causa, ob quam liceat pignorare est damnum quod vis & præjudicium nobis in nostro illatum. Fit autem hoc vel circa agros, & prata insignita, vel septa, vulgò, gehägte Wiesen/ Ea (1.) *depascendo*, quando enim pecora alicujus gramina vel segetes depascunt, aut pauperiem inferunt, tunc Dominus agri & prati insigniti vel septi propriâ autoritate pignorare, & animal detinere potest, donec ipsi per Dominum animalis satisfiat. Landr. lib. 2. art. 47. *ibi*: Wird es gepfändet/ den Schaden soll er gelten. Koppen. *decif.* 41. n. 16. Neque distinguitur, utrum pecus agrum spontè fuerit ingressum, an immissum ab homine, Regulam generalem facit Thomas *de Noxia animalium. cap.* 24. n. 3. *Quoties competit actio de pauperie aut de pastu adversus dominum animalis, toties locum habet pignoratio.* (2.) *Proterendo*, puta si quis equo, aut curru transeat per alienum agrum conculcando segetes & gramina, tunc si non statim resarciat illatum damnum, licitè pignoratur. Landrecht d. lib. 2. art. 27. *ibi*: Wer nicht auff rechtem Landefähret/ sondern über geahren Land &c. und sollen darzu den Schaden gelten &c. dafür mag man sie auch pfänden. Koppen. d. *decif.* 41. n. 7. (3.) *Arando*, veluti quando extraneus, vel vicinus agrum nostrum arando subigit, ea videlicet de causa, ut probetur factum violenti ingressus, & ut deinceps arans turbationem vicino illatam negare non possit d. lib. 3. Land Recht. art. 20. *ubi*: Auff seinem Lande/ dem der es ähret. (4.) *Iis jus aliquod obtrudendo*, h. e. quando vicinus animo acquirendi servitutem, jurisdictionem &c. animalia vel pecora sua pasculationem ducit in alterius agrum, vel ibi casses ponit, vel quid aliud in præjudicium domini molitur. Land Recht. lib. 3. art. 20. & *ibi* Zobel. *lit.* C. Moller. p. 2. *const.* 7. & 8. Carpz. d. *const.* 27. *def.* 3. Et denique ea *alio quocun-*

quocunque modo damnificando, iisque omnibus casibus reper-
tus in ipso facto, auff frischer That / oder an der Stätte / propria
authoritate, ohne des Richters Brlaub / listi & pignorari potest.
Land X. lib. 2. art. 28. Coler. de Proc execut. p. 1. c. 3. n. 66. & seqq.
& n. 71. & seqq. Koppen. d. decis. 41. n. 9.

L X X X I I.

Forma hujus Pignorationis neque in qualitate persona- *De Forma.*
rum, neque rerum pignoratatum discretione consistit, quili-
bet enim, cui in suo nocitum vel præjudicium illatum est, eâ
uti, & tam res tertias & innocentes, quam alias capere & abdu-
cere potest: Sed (1.) hoc temperamentum observandum est,
ne pignorando ultra, quam nobis nocitum est, vel quod ad de-
monstrandam dispatientiam & contradictionem nostram,
Carpzov. d. const. 27. def. 3. n. 5. & adversarium ad iudicium pro-
vocandum sufficit, modum legitimæ defensionis excedamus.
De quo in Fürstl. Br. Lüneb. Salzdalumbischen Landes Abschied.
art. 21. ita cautum: Wenn von jemandes der sey Adel oder Vna-
del / Beampten oder andere / wer es wolle / mit Jagen / Hezen /
Vogelfahen / Fischen / Holzhawē / Hut und Triften oder andern
an end und örtern / da es ihme nicht gebühret / einen andern zu na-
he geschicht / sol man sein bescheidenlich dagegen die rechtmässi-
ge Gebühr und Masse / zu Erhalt- und Verthädigung des Sei-
nen / oder seines anbefohlenen Ampts sich eignet / fürnehmen /
und nicht ganze Herden und Hauffen Viehes oder Pferde /
sondern nach Gelegenheit des excess allein zu Behuff gebühren-
den Abtrags der übertrettung gemess / ein Haef- oder Fischgarn /
Katt / Ketten von Wagen / 2. oder 3. weniger oder mehr stücke
Viehes oder sonsten etwas / darauf kein grosser Schade mit Zeh-
rung und Futter leufft / pfänden / und sich also selbst nicht weniger
als den andern / welchen die Pfande zukommen / vor Weitleuff-
tig: und

tig: und ungelegenheit hüten / Da sich aber jemand an pfandbaren örten nicht pfanden lassen / sondern muhtwillig mit Schlagen / Hawen / Stechen / oder in andere unzümbliche Wege dawider setzen würde / der selbige soll deswegen nach V. findung mit Vnnachlessiger Straff angesehen und belegt werden. *Paria sunt im Gandersh. art. 39. & im Wolffenbüttelschen. art. 28.*

L X X X I I I.

An priva-
tus rem ca-
ptam reti-
nere possit

(2.) De Jure Saxonico *dominus fundi*, si jurisdictionem habet, tam pignorarare, quam pignus retinere potest, d. nec ipsi satisfactum sit. Coler. d. c. 3. n. 153. & dec. 136. n. 22. Berlich. p. 2. concl. 9. n. 9. Carpz. p. 2. const. 7. def. 1. n. 3. & seq. Reliqui autem pignoratores judici ejus territorij, in quo contigit pignoratio, rem pignoratam presentare coguntur. Const. Elect. Saxon. p. 2. const. 7. in fin. & ibi Moller. & Carpz. def. 1. n. 1. Et quidem ei, qui inferiorem habet Jurisdictionem, die Nieder- oder Erbgerichte / post alios Carpz. p. 2. const. 27. def. 3. n. 3. Sub poena multæ judici cum emenda præstandæ. d. const. 27. def. 1. n. 2. Quod si Judex pignus recipere recuset, tradi debet ei, cui Præfecturæ proximè adjacentis administratio commissa est. d. Const. 7. & Carpz. d. def. 3. n. 2. In Ducatu autem Brunovicensi privatis permessa est retentio, etiamsi ipsius Principis pecora pignorata sint. Saldalumbisch. L. A. art. 14. ibi: Nemblich / daß einem jeden / dem an Vnstreitigen Orten in dem Seinen Schade zugefüget wird / für sich pfanden / und das Pfand / bis ihm der Schade neben dem Pfandgelde gegolten / zu sich nehmen / es auch bis dahin / jedoch dem Gerichts Herrn an seinem Rechten ungeschädlich / an sich zu halten frey stehen.

L X X X I V.

In Electoratu Saxonico, etiam hoc obtinet, ut si subditus pignus captum apud alium Judicem deponat animo inter-

verten-

vertenda Jurisdictionis, pro arbitrio Judicis competentis vel poenâ pecuniariâ, vel carcere puniri, vel pro gravitate facti ex lasâ Jurisdictione ut emigret, cogi possit: Si verò non subditus ratione domicilij, *pignus aliò transferat*, is 30. solidos, ut pro simplici injuria, Judici solvere, pignus restituere, & cautionem de tali quopiam amplius non committendo præstare teneatur. *Const. Elect p. 2. const. 8. ubi Moller. n. 4. Koppen. decis. 41. n. 36. Berlich. part. 2. concl. 9. n. 19. & 20.*

L X X X V.

Finis & Effectus pignorationis est. I. ut prescriptio pignorati interrumpatur. Coler. *de process. exec. p. 1. c. 3. n. 90. & seqq. & dec. 136. n. 13.* Carpz. *d. const. 27. def. 3. n. 2.*

Effectus pignorationis hujus

L X X X V I.

II. Ut si pignoratus bonam fidem agnoscat, ab eo tria hæc obtineantur, (1.) *Restitutio damni*, quod vel ipsemet, vel familia, aut pecora ejus in alieno agro dederunt. (2.) *Emenda*, das gewöhnliche Pfand Geld oder der Pfandschilling/ quæ in terris Saxonis uniformis non est, & quandoque ad 30. & 40. grossos extenditur. post Coler. Carpzov. *d. const. 27. def. 3. n. 4. & seqq.* In Electoratu v. Saxonico Judici non plus quam unicus solidus, einen Schilling oder 16. Pfennige solvitur. In Ducatu Brunovicensi ist auff jedes Pferd 1. Grosch Pfandgelt / neben 10. Groschen von jedem Pferde / wann der Schade in geholzkern und muhtwillig geschehen / nisi damnum sit majus : Wann aber der Schade unvorsehens geschehen / neben 1. Groschen Pfand Geld von jedem Pferde 5. oder 4. Groschen gesetzt. Wann aber der Schade in Korn/ Wiesen oder Garten geschehen / ist verordnet daß der Schade auff vorgehende Besichtigung neben Erlegung zimliches Pfandgeldes gebührlich solle abgetra-

G

getra-

getragen werden. Salsdalumbſch. L. T. X. art. 14. ubi etiam de ipsis Principis equis agitur. (3.) Ut Dominus pecudis pignoratæ *sumptus pro alimentatione* ejusdem pignoratori refundat. Carpzov. d. const. 27. def. 2. n. 6.

L X X V I I.

Quod si pignoratus *pignus contumaciter redimere recuset*, nec tamen ad Judicium provocet, tenetur is iudici (4.) in poenam contumaciæ pro singulis noctibus, sive pro singulis 24. horis, trinos solidos, h. est quatuor grossos exsolvere. Carpzov. d. const. def. 5. n. 9. & seq. Etsi pignoratus pecora aliasve res tamdiu penes iudicem reliquerit, donec prædicta contumaciæ poena ad valorem rei pignoratæ ascendat, ulterius luitioni ac redemptioni locus non est. *Id. ibid. def. 6.* E contra etiam *pignore commisso*, wenn sich das Pfand ganz verstanden, Judex nihil ultra exigere potest, etiamsi vel pileus, vel cultellus, vel securis, vel ligula, vel alia res vilissima sit pignorata, cuius pretium ne quidem ad unum noctis poenam accedit. *Id. ibid. def. 7.* adeo ut & hoc casu emenda cesset. *Id. ibid. def. 8.*

L X X V I I I.

III. Ut pignoratus ad *Judicium provocare* & actoris partes subire cogatur, cum pignorationis & L. Diffamari C. de ingen. Man. effectus sit idem, ut superius th. 72. innuimus.

L X X X I X.

Quod verò quibusdam in locis conniventia Præfectorum iste mos invaluit, ut pignoratione factâ, non solum tantum pignorans, sed & vicini ejusdem gregatim popinam ingrediuntur, & se cerevisiâ usque ad ambas, quod dicitur, aures impleant, & hunc morem sub velamine eines Baurführs colorent, id nullo jure concedendum, quia pignorationes permissæ sunt,

funt, ut unusquisque suum legitime tueri & damnum facilius probare possit. *Land X. art. 47. lib. 2. Coler. p. 1. dec. 136. n. 40.* non ut vel iudices inde locupletentur, vel pignoratibus ultra emendam & restitutionem damni immensum hoc lucrum accedat. *Carpz. d. const. 27. def. 7. inf.*

X C.

Si verò pignoratus ad iudicium provocet & Mandatum S. C. de restituendo petat. *Zang. de Except. p. 2. c. 1. n. 331.* tali petitioni non esse deferendum, sed sufficere Mandatum cum Clausulâ justificatoriâ putat. *arg. l. 4. §. fin. ff. de pen. leg.* Verùm frustra adducta est lex illa, nec ex eo, quod Jure Saxonico vel consuetudinario, nach Land sit tlicher Pfandungs Berechtig-
 feit / pignorationes etiam non requisito iudice permissæ sint, sequitur, quod pignoratio omnis sit justè facta, & cum pignoratio ex concessione iudicis facta non statim præsumatur justa, nec Mandatum S. C. respuat, quî privati pignoratio tantæ efficacix esse potest, ut pro ipso statim præsumatur? Quin eo modo Status Imperij deterioris conditionis essent, quàm viles rustici vel alij privati, illi enim restituere coguntur, si res sit tertia & innocens. Sufficit autem ergo his, quod eorum imperitiæ in eo consultum sit, ut & rem tertiam & innocentem pignorare possint, non verò eorum temeritati hoc præmium accedat, ut tam laxo privilegio vel Principes suos superent. Quare rectius alij statuunt, quod & hoc in casu Pignoratis Mandata S. C. decerni debeant, cum hoc tamen moderamine, ut Mandata S. C. in causis dubiis non nisi periculo partis, quod in condemnatione expensarum, & poenæ arbitrariæ impositione consistit, vel etiam alij Processus decernantur, vel ad Præfectum territorij ümb bericht scribatur, ut is referat, quem-

An etiam
mediato
pignorato
Man-
datum. S.
C. de resti-
tuendo de-
cernen-
dum sit. l.

G 2

admo-

admodum res sese habeant & pro quâ parte militet præsum-
 ptio. *Vid. Brauns. Lüneb. Gandersheimb. L. T. A. art. 2. Ita*
in Dicafterio Calenb. in causa. Salsky. contr. Schradern. 18.
Aug. Anno 1648. Mandatum S.C. decretum.

XCI.

Quid hodie
 in quibus-
 dam Judi-
 cis rece-
 ptum sit?

Hodie quibusdam in Provinciis hoc moderamen adhi-
 betur, ut etiam in iis causis, ubi Principis ipsius pecora pigno-
 rata sunt, iustitia æquâ lance & quidem sic administratur, ut pi-
 gnoratori, vel utriq̃ue parti, si repignoratio pignorationem
 subsecuta sit, Præfectis sc. Principis & subditis, vel subditis in-
 ter se restitutio pignorum sine præiudicio | causæ der Hauptsache
 ohne Schaden. S.C. mandetur, & partes citentur, ut in cer-
 to termino compareant, & jura sua deducant, uti in Ducatu
 Calenbergensi observatum memini *in causa des Ambs L. con-*
tra den Flecken S. 9. Aug. Anno 1648. Verba sunt: Ihr wollet
der Hauptsache ohne Schaden das abgepfandete Schwein als-
bald restituiren, und dagegen die restitution ewere Ruhe / sinte-
mahl der Ambt mann / Jedoch mit Vorbehalt S. F. G. verwir-
cketen Straffe darauß befehliget / erwarten / ewres mittels aber
etliche auff den 19. Septemb. auff Fürsil. Cansley erscheinen / von
solcher Pfandung rede und Antwort geben lassen / und der Be-
findung nach gehörigen Bescheids gewärtig seyn / auch inzwi-
sehen euch aller Thätligkeit enthalten / Et in Ducat. Lüneb. in
causa Benth. contr. Lüneb. Vel ut restitutio pignorum sine
 Clausula citra tamen præiudicium causæ mandetur, cum hoc
 decreto, ut utraq̃ue pars in possessorio momentaneo articu-
 los cum denominatione Testium intra certum terminum ex-
 hibeat, & interim ab omni pignoratione desistat, *uti ibid. in*
causa Gretenb. contra Sehud. factum.

XCII. Et

XCII.

Et tantum de pignoratione quæ intercedit inter eos, quorum uterque contendit se esse in possessione rei vel juris controversi: restat ut de iis aliquid subjiciamus, ubi vel propter dolum vel moram alterius fit pignoratio. Sic (1.) fit pignoratio contra eos, qui vias in usitatas ambulando defraudant gabelas, telonia vel vectigalia; donec vectigalia solvant, & cum Domino accordent. Land N. art. 37. lib. 2. Koppen. dec. 41. n. 16. Coler. de proc. exec. p. 1. c. 3. n. 74. Carpz. p. 2. const. 27. def. 3. n. 6. & seq.

(2.) Si non uterque de possessione contendit, sed pignoratus saltem propter dolum & moram pignoratus est?

XCIII.

(2.) A Domino Emphyteuseos pro conservatione Juris Laudemij. Land N. art. 54. lib. 1. uti Gl. n. 3. Coler. d. cap. 3. n. 156. Carpz. d. def. 3. n. 9.

XCIV.

(3.) Rustici ac Subditi ob non præstita servitia pignorantur in bonis, vel personaliter capiuntur & detinentur, donec ad debitam obedientiam reducantur. Id. d. const. 27. def. 4. n. 5. & seq.

XCV.

(4.) Pignoratio fit contra non solventem annuam pensionem. Id. Ibid. n. 8. De quib. Ordinatio Politica Ducatus Luneb. disponit, quod & possit à non habente Jurisdictionem fieri, si jus illud præscripserit, hergebracht. Sed Salsdalumbsch. L. T. A. art. 20. illud saltem Dominis contra subditos suos concedit.

Atque hoc modo pro temporis angustia atque institutione habenda amplissimam atque in foro hodiè usu non minus frequentissimam hanc pignorationum materiam summarie delineasse sufficiat.



Euphonia,

quâ

Clarissimum Dominum Candidatum,

JULIUM von Rhetem/

Fautorem, Amicum ac Civem suum pl. colendum,
pro consequendis summis in Utroq; Jure
honoribus disputantem
prosequitur

M. Ludov. Linde Brunsv.

DUm patrias devastat & premit domos
Lues avara, pervicax semper malum,
Vitiumque cœli concitati noxium
Atro replet vapore tristes incolas,
Et alter alteri venenum fervidum
Propinat invitus, caduntque funera
Densata passim, flebili letho occubant
Juvenes senesque, & Vrbs ferè incubat sibi:
Emortualem quisque dum timet diem,
Stragesque spectans semet haud credit sibi,
Funesta totos ara personant dies,
Semperque tumulo pompa ducitur frequens,
Et ordo festinatur orbati agminis,
Ut funus usque funeri cedat novo:

Tu,

*Tu, Magne Amice, sic tibi constas tamen,
 Ut lugeas lugenda fata patria,
 Sed mente non frangaris atque concidas;
 Ut irreflexo persequaris pectore
 Istos labores, quèis fuisti deditus.
 Volumen illud grande volvis sedulo,
 Quod norma regnis, normaque obsequentium est,
 Mensura vite, fax fori acta dirigens,
 Salusque causis, que vacillabant prius,
 Pestisque causis, qua triumphabant prius.
 Mortalitates facta lustras, omnium
 Momenta rerum mente sanà ponderans,
 Themidisque vastos explicas sanctæ sinus,
 Et verba nodosa, & fori ius flexile,
 Et mille discrepantis æqui formulas,
 Legumque concordem stupes discordiam.
 Vi sensa noscās tot stropharum, dispicis,
 Quid Bartolus Baldusve quid Cuiacius,
 Quid Alciatus, caterique comprobent
 Astra quos suo fovet sacrario.
 Tantà eruditione nixus altius
 Consurgis, & tristi procul socordia*

Vili.

Vilique plebe dissit as scandis domos
 Oblivioso nomen à silentio
 Et vindicans, & asserens nepotibus.
BUCHOLTZII ductu, **VIRI**, quem seculo
 Umbratico Themis vetans mori eximit,
 Quemque orbis orbe jam remotum concinet,
 Scandis cathedram. Tuta stabit veritas
 His nixa fulcris & triumphabit cito.
 Adstamus omnes, & tuam constantiam
 In asserendo veritatis lumine
 Pleno ore collaudamus atque applaudimus.
 Sic celsa virtus, in dolesque vivida
 Humum perosa nescit infringi malis:
 Quin majus inde robur astruit sibi,
 Si magna per sentiscat infortunia.
 Non clade patria nec impetu truci
 Martis superbi, proruentis omnia,
 Honestus ardor mentis extingui potest;
 Quo sopias magis vigorem hunc igneum,
 Hoc gestit evolare semper celsior.

F I N I S

99 A 6924


ULB Halle 3
002 636 603




52

V 17







6

Quod Deus felix faustumque esse jubeat.

Dissertationem hanc Inauguralem

De

PIGNORATIONIBUS

TAM INTER STATUS IMPERII
SOLOS, QUAM INTER STATUM IMPERII,
ET MEDIATUM, SEU INTER SOLOS
MEDIATOS

*Nobilissimi & Amplissimi Ictorum Ordinis in hac
Illustri Accademia Hasso-Schaumburgica,
Decreto & Autoritate*

SUB PRÆSIDIO

Nobilissimi, Consultissimi & Excellentissimi Viri

Dn. Christophori Joachimi

Buchholz / Jcti, Consiliarij Hassiaci Gravissimi,

Codicis Professoris Celeberrimi, Facult. suæ hodie Decani


Domini Patroni ac Promotoris sui etatem colendi

Pro Licentia Summum in Vtroque Jure consequendi
Cradum, & honores Doctorales

Placido eruditorum examini submittit

JULIUS von Rhetem / Brunsvicensis.

Ad diem 15. Septembr. horis ante- & pomeridianis.



RINTELII, Typis Viduæ Lucianæ.
MDCCLVII.

